

156106



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

Handwritten title in a decorative script on a yellowish-brown background, likely a book cover or spine. The text is oriented vertically and reads: **THE HISTORY OF THE**

BN1935  
.J2  
1659  
c.1

Handwritten text at the bottom of the spine, likely the author's name, which appears to be **W. B. ELLIOTT**.



300

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
CAPILLA AUTÓNOMA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
26/1/83 MICROFILMADO R=22



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
CENTRO DE INVESTIGACIONES Y ESTADÍSTICAS  
SERVICIO MICROFILMADO

Primer libro de la Causa en Barcelona  
10 de ago  
D. Honorio de ...  
F. de ...  
Casi al uso del Sr. D. Pedro ...

ciados.




ADDITIONES.  
E NVCL E A T I O N E S.

ET NOTAE AD LIBRVM PRIMVM  
VARIARVM RESOLVTIONVM ILLVSTRISSIMI, AC  
Reuerendissimi D. D. Didaci Couarruuias à Leiuua, Episco-  
pi Segobientis, ac Supremi Consilij  
Castellae Praefidis.

43396

AVTHORE LICENTIATO D. DIDACO  
*Ibanez de Faria V. J. P. & Regij Senatus Advocato*



CVM PRIVILEGIO.

MATRITI: In Typographia, & expensis Domini Garcia Morias. Anno 1659.

Vendese en su Imprenta en la Calle de los Preciados.



FONDO E. BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL MUNICIPIO DE NUEVO LEÓN  
132770



ILLVSTRI,

ATQVE PRÆSTANTISSIMO D. D. IOANNI  
GONZALEZ DE VZQVETA Y VALDES, EQVITI PVR-  
pureo D. Jacobi stemmate illucenti, Domino oppidi de Boadilla,  
à Consilijs Magni Philippi III, in Supremo Castellæ, in Regio  
Indiarum tam Cameræ, quam Iustitiæ, ac in Re-  
gio itidem Sanctæ Cruciatæ.



VNCTIS, Quibus fructus ex ingenio decerptos cœtium pa-  
lato ministrare contingit (Clauissime Heros) non parum solici-  
tudinis affert, eisdem instar tutelaris Nummis patrocinium egre-  
gium comparare. Quidam generis splendore micantes exoptant,  
vt opus præclaro nomine inscriptum ipsum quoque mutuata lu-  
ce præfulgeat. Alij ad munus sublime fastidium euectos seligunt, vt aduer-  
sus malignantium incurtus præpatet propugnaculum. Alij denique præcellen-  
tes perita eius, de quo disserunt, exoptant, vt eorum suffragia ipsi commen-  
dabiles, ac plausibiles cæteris efficiantur. Omnia hæc in te vno, nata, & fato  
benigne conspirantibus, eminent. Quid enim natalium tuorum nitore splen-  
didius, quæ in clypeo pariter, ac antiquæ stirpis veneranda decorant monimen-  
ta, de qua loqui videtur Calsiodor. lib. 3. epist. 6. ibi: *Tot annis cœtibus simul sple-  
det claritate virtutis, quæ quavis rarâ sit gloria; non agnoscitur tam longo stemmate  
varius, sæculis producit nobilis, venâ primarios, nescit inde aliquid nasci mediocre,  
tot probati, quot geniti, & quod difficile pronens electa frequentia.* Eisdemque ingens  
quidem gloriæ incrementum adiicit Illustrissimus Genitor tuus D. Præfes D.  
Iosephus Gonzalez de Vzqueta, non minus apud exteros, quàm apud nos petre-  
lebris, quod singulare est, teste eod. Calsiodor. lib. 10. epist. 19. *Sed illud, inquit,  
est omnimodis singulare, in extranea gente laudes proprias invenire: quia ibi sunt vera  
indicia, ubi neminem comprimit vlla timiditas.* A cuius encomijs ineptus cala-  
mus abstinebit, cum mihi eueniat, quod Lucan. cecinit in Panegyric. ad Pi-  
sonem.

*Quid primum, quid deinde causam, quo sine quiescam?  
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes  
Vita modos.*

Sed quid privata acclamatione præstabant, ubi cum ob literaturæ præstan-  
tiam, tum ob prudentiam, fortitudinem, & iustitiam, quibus mentis nostræ  
pititur ædificium, Catholicæ Maiestatis illum factis extollit, quem vtriusque

Aristot.  
Polit. 3

in iure administrationi decessit, quem sui patrimonij Regio Consilio pre-  
fecit, quem ad Supremum Sanctæ Inquisitionis Senatuum assumpsit, quem &  
reliquis rebus gerendis, ita iure censet idocuum, & comibus, si humanæ natu-  
re imbecillitas pateretur, interesse ipsum velles. Quo maximo decore ne-  
dum tu, gentilitique tua, verum etiam Hispania non mediocriter insignitur.

Nec tibi deest muneris amplitudo, cum Senatoria dignitate fungaris, quæ  
tot meritorum cumulo suffulta, ut maiorem claritatem distendat, ita non com-  
munem auctoritatem conciliat, maxime cum parentem exprimas, qui te in  
iudicem efformavit, excoluit ille, quem susceperat, alumnus habuit, & filium  
eundem, in te nativa iustitia esse videtur, tecum adoleuit, sed hoc discrimine,  
robusta erat in te infante, matura in iuvene, lenis est in te nondum seve, quare  
dam alij iustitia student, tu penè necessario iustus es, atque ita te laudabiliter  
geris, ut hereditariæ nobilitatis gloriam restices, seruelque illibatam, nam ut  
Lucan. atebat vbi su pr.

*Perit omnis in illa*

*Nobilitas, cuius laus est in imagine sola.*

Adest præterea venustum literarum decus, iuris scilicet scientia (de qua in hoc  
libello nobis est sermo) quæ quasi in te transfusa intra strictas temporis metas  
tuis vigilijs plurimum excelluit. Testes aduoco Almæ Salmanticensis Aca-  
demiam, quæ tibi prima iurisprudentiæ elementa materno vberè propinavit,  
Vallisoletanam itidem, quæ emulatrix velut fœdere adoptionis te iam pro-  
nendum allexit, vbi deinceps incruenta Palladis laureas redimitus Cathedræ  
Primariæ, ac Digesti veteris moderatè aptissime exercuisti, ex quo utraq; pro-  
fecto sibi congratulatur ad invicem. Inigne, Mantisque Sanctæ Crucis Col-  
legium, quod etsi prole eximia fecundum te non penitendo se iactat alumno.  
Regia tandem Consilia, quibus interuenis, nam in ipsis indies viri vndique  
conspicui pollent, nulli tamen impar existimaris in causis integritate inflexibi-  
li decideendis, in monetibus publicis summo iudicio dispelandis, in alijsque pa-  
cis, ac belli motijs mirabili serenitate expediendis, quod & remotissimæ oc-  
cidui Solis plagæ prædicant facilissimè. Sed quid mirum, cum filij plerumque  
patris motibus imbuantur, Ecclesiast. cap. 11. vers. 30. *In filijs suis agnoscitur*  
*patris.* Hotat. lib. 4. od. 4. vbi lepidè canit.

*Fortes creantur fortibus, & beatis,*

*Est in iuuenis, est in equis paruum*

*Virius, neque umbellæ seroces*

*Progenies aquilæ columbam.*

Quæ cum ita sint, nulla mihi, qui præstantiorem, tutioremque primicijs stu-  
diorum meorum clietelam anhelo, viliam aliam optandi est relicta facultas. Eas  
igitur, ut libentissimi animi libamen humanitate, qua præditus dignoscere, fo-  
uendas excipe, ut tanto presidio fulcitur, posthabita formidine, lucem aspi-  
ciant, quo gratitudinis nexu astrictus ego tibi omnimodam longævamque  
prosperitatem deprecabor. Vale.

D. GEORGI



D. GEORGI PARDO, HISPANORVM  
MANTVÆ PVBLICI HVMANARVM  
LITERARVM PROFESSORIS.

AD AVTHOREM.

**C**Inge noua meritis sublimia tempora fronde,  
O iuris Mystes, quem Themis alma beati

Namque suos mittit celebres si Gallia Fabros,  
Lactat & ingenium doctæ Conanc tuum.

Ausoniosque canit ciues mirabile acumen,  
Gordia quo legum solvere vincula solentis

Clarius ecce præis lauro nomenque decusque  
Hispanum, tales qua peperere viros:

Gadibus occiduis dum Manzanius ortum  
Te videt, atque suis tingere gaudet aquis,

Dum te sacra tulit nobis vrbs, inclyte Præsul,  
Auriferi diues qua fluit vnda Tago,

Luce tua lucem luci lux fulgida præfers,  
Nomina & aleterno uumini sura patenti

Ergo ferat grates nequijt quas umbra silentis  
Orbis pro exculto munere macæ suos,

Acceptam laudem referens Hispania alumni;  
Qua manet aletus honor Pallas uterque tuus;

LEN

BERGII, REVDITISSIMI MIQVE D.D. ILDEPHONSI MARQUEZ DE PRADO  
in Regio patrimonio Regalis Senatus praesentissimi Consilij.

## IX. COMMISSIONE SVPREMI CASTELLÆ SENATVS:

IVSSV Regi, ac Supremi Senatus Castellæ per leg. Additiones, & Notas ad librum primum variarum resolutionum Illustris. D. D. Didaci Couarruias, editis à Licentio D. Didaco Ybãñez de Faria, vtriusque iuris Professore, atque Senatus eiusdem Regi Advocato; in quo opere doctæ, ac præclæræ omnibus ferè in vtriusque iure veriantibus viles continentur quaestiones, in eo nihil Ca- thoicæ fidei, ac bonis moribus contrariam inveni, proinde prælo manuari posse, cenico. Marti- nalle 29. Iunij, anno 1638.

Licent. D. Alonso Marquez de Prado.

## LICENCIA DEL ORDINARIO.

Nos el Licenciado Don Alonso de las Ribas y Valdés, Visirador general desta Villa de Ma- drid, y Vicario della y su partido. Por lo que a Nos roca damos licencia para que se pueda imprimir, e imprimir vn libro, intitulado: *Additiones, Emendationes, & Notæ ad librum primum variarum D. Couarruias*, compuesto por el Licenciado Don Diego Ybãñez de Faria, atento conita no ay en el cosa contra nuestra tanta Fe, y buenas costumbres. Dada en Madrid a 4. dias del mes de Mayo de 1638.

Licenciado Ribas,

Por su mandado,  
Juan Baptista Scaz Beano.

## SVMA DEL PRIVILEGIO.

Por privilegio de su Magestad Catolica, despachado en Madrid a torce dias del mes de Julio de mill seiscientos y cinco, may y ocho, referido de Martin de Villela su Secretario, se dà licen- cia al Licenciado Don Diego Ybãñez de Faria, Abogado en los Consejos, para que el susodicho, ó la persona que su poder tuviere, y no otra alguna por tiempo de diez años siguientes pueda im- primir este libro, intitulado: *Additiones, Emendationes, & Notæ ad lib. I. variar. resol. D. Præfati Don Didaci Couarruias*, so las penas en el dicho privilegio contenidas.

## FEE DE LA TASSA.

Los señores del Consejo de su Magestad tassaron cada pliego d'esse libro, intitulado: *Addi- tion. n. 1. Emendationes, & Notæ ad lib. I. variar. resol. D. Præfati D. Didaci Couarr.* a cinco maravedis ca- da pliego, como consta de la fee que dello dho Miguel Fernandez de Noriega, Secretario del Rey nuestro señor, y su Escriuano de Camara del dicho Consejo, En Madrid a 31. de Março de 1639.

## ERRATAS.

Pagin. 5. col. 1. probable, lege, probabilem. Pag. 25. col. 1. lin. 1. In princ. adde obligar. Pag. 34. col. 1. hostis, lege, hostes. Pag. 40. col. 2. implorare, l. implorandum. Pag. 47. col. 2. bona, l. bo- nam. Pag. 50. col. 2. implorare, l. implorandum. Pag. 51. col. 1. restituarur, l. si restituarur. Pag. 63. col. 1. abolutionem, l. abolutione. Pag. 65. col. 1. rationem, l. ratione. Ibidem, implorare, l. implo- randum. Pag. 70. col. 2. reciproca, l. reciproca. Pag. 73. col. 1. exiterit, l. iterit. Pag. 85. col. 2. no- tant, l. notat. Pag. 99. col. 1. competet, l. competat. Pag. 102. col. 1. anterioribus ex facta hypothe- ca, l. ex facta hypothea anterioribus. Pag. 104. col. 1. expressa, l. expressas. Pag. 106. col. 1. potior, l. prior. Pag. 122. col. 2. iuris, l. iuribus. Pag. 126. col. 1. Curti, l. Caroc. Pag. 131. col. 1. quam, l. per quam. Pag. 175. col. 2. palinodie, l. palinodiam. Pag. 193. col. 1. quod, l. quo. Pag. 196. col. 1. cotra- ria, l. contrariam. Pag. 198. col. 1. lin. 25. adde quas. Pag. 237. col. 2. spectat, l. spectet. Pag. 264. col. 2. Pentecostes, l. Penticoste. Pag. 283. col. 1. iuri, l. iura. Pag. 287. col. 2. Cald. recept. sent. l. Cald. queit forent. Pag. 290. col. 1. fauorable, l. cum fauorable. Pag. 319. col. 2. notant, l. notat.

Lic. Carolus Murcia de la Llana.

# PRÆFATIO

## AD LECTOREM.

**I**VRIS Vtriusque arcana percullendi cupidus, velut oracula veneranda Illustris. ac Reue- rendis. D. D. Didaci Couarruias opera se- mel, atque iterum sedulus evolui, non pauca obseruans, quæ Neoterici ab eodem communi Magistro instructi nouissimè excogitarunt. Hæc cum studiosis quicquam vtilitatis crederem allatura, ipsos eo qualicun- que munere fraudare non tulit animus, & spe alijs profi- ciendi propriæ, iustæque formidini non peperci; sed li- bellum hunc præire libuit, quasi tuæ benevolentia ex- ploratore, si enim votis responderit euentus, reliquos in lucem prodire citissimè satagam; alioquin quanquam opus istud displiceat, non omninò operam perdiderimus, nam saltim ingenuus meus innotescet affectus, cui indul- geri æquum est, quicquid animaduersione dignum repe- reris. Nec toruis oculis (quod enixè deprecor) primo- genitum ingenij foetum intuearis, imò pro tua benignita- te propitius excipias. Illud hic te admonere nõ omittam, in comprobandis D. Couarr. conclusionibus me consultò non attulisse iura, glossas, antiquosque DD. quoniam ille affatim de his mentionem fecerit. Vale.



# ELENCHVS

## CAPITVLORVM.

- Cap. 1. An ex actis, vel secundum conscientiam propriam iudex debeat iudicare? pag. 17.
- Cap. 2. Virum dolo, & cauillationibus uti in iudicio liceat? pag. 12.
- Cap. 3. Num ratio fructuum habeatur in restitutione in integrum, qua causa atatis sit? pag. 37.
- Cap. 4. Coram quo iudice sit in integrum restitutio petenda. pag. 55.
- Cap. 5. An minor lasus in spiritibus sit restituendus? pag. 66.
- Cap. 6. Quale mandatum necessarium sit ad petendam in integrum restitutionem. pag. 81.
- Cap. 7. De hypotheca cum prelatione, qua uxori pro dote competit. pag. 92.
- Cap. 8. De meliorationibus, qua in re hypotheca subiecta a seruo fiunt. pag. 119.
- Cap. 9. De prescriptione retractus conventionalis. pag. 137.
- Cap. 10. De Sacramento Confirmationis ad interpretationem textus in cap. quanto 4. de consuetud. pag. 152.
- Cap. 11. De iniuria, qua verbis fit, maxime per veri criminis obiectiorem. pag. 172.
- Cap. 12. De temporis computatione. pag. 185.
- Cap. 13. De oratione indefinita, & virum equiualeat vniuersali. pag. 189.
- Cap. 14. De conditione, aut modo donationi adiecto in fauorem tertij. pag. 203.
- Cap. 15. Fructus pendentes rei vendita, vel aliter in alium translata, cui debeantur. pag. 221.
- Cap. 16. In dubijs an fiscus sit primatis in iudicio preferendus? pag. 240.
- Cap. 17. De decimis. pag. 256.
- Cap. 18. De intellectu, & praxi l. diffamari 5. C. de ingen. manumif. pag. 292.
- Cap. 19. De reuocatione donationis inofficiosa, vel ex l. si unquam 8. C. de reuoc. donat. pag. 302.
- Cap. 20. Quando subreptio, vel obreptio circa causam finalem, aut impulsivam contingens rescripta vitiet. pag. 328.

ADDI:

Pag. r

# ADDITA, ET NOTATA AD

## caput primum.

### SVMMARIVM.

- 1 An iudex possit, ac debeat secundum allegata, & probata contra veritatem sibi priuatim cognitam iudicare, qui dispucant.
- 2 Exerceas actum licitum cum conscientia erranea putans, peccaminosum esse, sit peccatorius.
- 3 Operans cum conscientia dubia peccat, licet actio ex se licita sit.
- 4 Peccans ex conscientia erranea tale peccatum committit, quale ipse existimat.
- 5 Ignorantia iuris, et facti iusta, sine iniuicibilis excusat a peccato.
- 6 Qua sit iniuicibilis ignorantia.
- 7 Ignorantia vincibilis, licet non excuset a culpa, minuit malitiam eius.
- 8 Ignorantia effectata non releuat, sed auget delictum.
- 9 Violare iuramentum promissorium de re leui, solum est venialis culpa.
- 10 Iudicem non posse contra propriam conscientiam iudicare, qui docent, remissius. Limitatur, si scientia ex confessione Sacramentali habeatur.
- 11 Textus in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. Presid. ad praemissam questionem non conducit.
- 12 Iudex potest, ac debet ex actis etiam aduersum propriam priuatam scientiam iudicare.
- 13 Iudex sentiens speculatiue, non licet contra propriam conscientiam iudicare, poterit, ea sua opinione de peccato, oppositam praticare.
- 14 Distinctionem inter civiles causas, & criminales quoad iudicandum contra conscientiam, qui admittunt.
- 15 Respublica ius habet vindicandi in commissum de delicto, quamuis reus innocens sit.
- 16 Iudici non creditur in alterius praedictum etiam super causa, de qua cognoscit.
- 17 Seruus Principis Supremus iudices posse secundum propriam conscientiam aduersus acta iudicare, qui sentiunt.
- 18 Debent secundum acta iudicare.
- 19 Princeps superiorem non recognoscens potest iuxta propriam conscientiam iudicare.
- 20 Et adhibere fidem alicui fidedigno, & probo non probanti aduersus reum vilem, & infamem.
- 21 Non tenetur seruare iuris ordinem?
- 22 Praelatus regularis de causis Religiosorum secundum propriam conscientiam iudicat.
- 23 Episcopus ex actis debet iudicare?
- 24 Arbitrator secundum propriam conscientiam decidit.
- 25 Quando liceat iudici secundum propriam conscientiam iudicare, remissius.
- 26 Reus est absolendus, reus acta deponunt, non obstanto priuata iudicantis scientia.
- 27 Accusator non probante, quomodo reus debeat absolui.
- 28 Actore non probante, quomodo reus absolendus.
- 29 L. i. tit. 4. lib. 4. Recopilat. in resu non est apud Suprema Tribunalia.
- 30 Sententia, que ex actis iustificari nequit, est nulla.
- 31 Ab animo, & arbitrio iudicis pendet fides, qua rebus debet adhiberi.
- 32 In illis, que ab animo iudicis pendunt,

A

113

# ELENCHVS

## CAPITVLORVM.

- Cap. 1. An ex actis, vel secundum conscientiam propriam iudex debeat iudicare? pag. 17.
- Cap. 2. Virum dolo, & cauillationibus uti in iudicio liceat? pag. 12.
- Cap. 3. Num ratio fructuum habeatur in restitutione in integrum, qua causa atatis sit? pag. 37.
- Cap. 4. Coram quo iudice sit in integrum restitutio petenda. pag. 55.
- Cap. 5. An minor lasus in spiritibus sit restituendus? pag. 66.
- Cap. 6. Quale mandatum necessarium sit ad petendam in integrum restitutionem. pag. 81.
- Cap. 7. De hypotheca cum prelatione, qua uxori pro dote competit. pag. 92.
- Cap. 8. De meliorationibus, qua in re hypotheca subiecta à tertio sunt. pag. 119.
- Cap. 9. De prescriptione retractus conventionalis. pag. 137.
- Cap. 10. De Sacramento Confirmationis ad interpretationem textus in cap. quanto 4. de consuetud. pag. 152.
- Cap. 11. De iniuria, qua verbis fit, maxime per veri criminis obiectiorem. pag. 172.
- Cap. 12. De temporis computatione. pag. 185.
- Cap. 13. De oratione indefinita, & virum equiualeat vniuersali. pag. 189.
- Cap. 14. De conditione, aut modo donationi adiecto in fauorem tertij. pag. 203.
- Cap. 15. Fructus pendentes rei vendita, vel aliter in alium translata, cui debeantur. pag. 221.
- Cap. 16. In dubijs an fiscus sit primatis in iudicio preferendus? pag. 240.
- Cap. 17. De decimis. pag. 256.
- Cap. 18. De intellectu, & praxi l. diffamari 5. C. de ingen. manumif. pag. 292.
- Cap. 19. De reuocatione donationis inofficiosa, vel ex l. si unquam 8. C. de reuoc. donat. pag. 302.
- Cap. 20. Quando subreptio, vel obreptio circa causam finalem, aut impulsivam contingens rescripta vitiet. pag. 328.

ADDI:

Pag. r

## ADDITA, ET NOTATA AD caput primum.

### SVMMARIVM.

- 1 An iudex possit, ac debeat secundum allegata, & probata contra veritatem sibi priuatim cognitam iudicare, qui dispucant.
- 2 Exerceas actum licitum cum conscientia erranea putans, peccaminosum esse, sit peccatorius.
- 3 Operans cum conscientia dubia peccat, licet actio ex se licita sit.
- 4 Peccans ex conscientia erranea tale peccatum committit, quale ipse existimat.
- 5 Ignorantia iuris, et facti iusta, sine iniuincibilis excusat à peccato.
- 6 Qua sit iniuincibilis ignorantia.
- 7 Ignorantia vincibilis, licet non excuset à culpa, minuit malitiam eius.
- 8 Ignorantia effectata non releuat, sed auget delictum.
- 9 Violare iuramentum promissorium de re leui, solum est venialis culpa.
- 10 Iudicem non posse contra propriam conscientiam iudicare, qui docent, remissius. Limitatur, si scientia ex confessione Sacramentali habeatur.
- 11 Textus in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. Presid. ad praemissam questionem non conducit.
- 12 Iudex potest, ac debet ex actis etiam aduersum propriam priuatam scientiam iudicare.
- 13 Iudex sentiens speculatiue, non licet contra propriam conscientiam iudicare, poterit, ea sua opinione de peccato, oppositam praticare.
- 14 Distinctionem inter civiles causas, & criminales quoad iudicandum contra conscientiam, qui admittunt.
- 15 Respublica ius habet vindicandi in commissum de delicto, quamuis verè innocens sit.
- 16 Iudici non creditur in alterius prauiudicium etiam super causa, de qua cognoscit.
- 17 Seruatus Principis Supremos iudices posse secundum propriam scientiam aduersus acta iudicare, qui sentiunt.
- 18 Debent secundum acta iudicare.
- 19 Princeps superiorem non recognoscens potest iuxta propriam conscientiam iudicare.
- 20 Et adhibere fidem actori fidedigno, & probo non probanti aduersus reum vilem, & infamem.
- 21 Non tenetur seruare iuris ordinem?
- 22 Praelatus regularis de causis Religiosorum secundum propriam conscientiam iudicat.
- 23 Episcopus ex actis debet iudicare?
- 24 Arbitrator secundum propriam conscientiam decidit.
- 25 Quando liceat iudici secundum propriam conscientiam iudicare, remissius.
- 26 Reus est absolendus, et acta deponunt, non obstanto priuata iudicantis scientia.
- 27 Accusator non probante, quomodo reus debeat absolui.
- 28 Actore non probante, quomodo reus absolendus.
- 29 L. i. tit. 4. lib. 4. Recopilat. in usu non est apud Suprema Tribunalia.
- 30 Sententia, que ex actis iustificari nequit, est nulla.
- 31 Ab animo, & arbitrio iudicis pendet fides, qua rebus debet adhiberi.
- 32 In illis, que ab animo iudicis pendunt,

A

113

- cius assertioni standum est.
- 33 Vales sententia lata ex confessione facta iudici, ut tali, licet de ea in actis non constet, cum possit sine scriptis procedere.
  - 34 Exhibitio instrumenti facta iudici, quod, vel tenor eius non reperitur in actis, nullius est momenti.
  - 35 Productio instrumenti quadruplex.
  - 36 Sententia prolata ex instrumentis verbaliter productis non tenet.
  - 37 Iudex, qui certo scit, esse innocentem, quem ex actis causis deliquisse, legi charitatis astringitur, omnia a libere morali, ut liberetur, modo et alio non eius sibi non sint.
  - 38 Non tenetur cedere magistratui.
  - 39 Debet causam ad superiorem remittere, si hoc innocenti speret profuturum.
  - 40 Et similiter, sibi de causa non ligetur absque mendatio, pronuntiare.
  - 41 Exequatur non potest tuta conscientia sententiam notorie iniustam, aut errorem intolerabilem continentem exequutioni mandare.
  - 42 Tenetur exequi sententiam alias iniustam, nisi commode se valeat excusare.
  - 43 Iudex secularis ab Ecclesiastico requisitus, ut sententiam in causa mere Ecclesiastica exequatur, parere debet, et si eam ipse cognoscat iniustam, si commode se nequit excusare.
  - 44 Iudex in alijs causis non debet exequi sententiam ab alio latam, nisi de illius iustitia sibi constet.
  - 45 Iudex requisitus, ut sententiam alterius, iustam ex actis in eum, quem, ipse prius certo scit, esse innocentem, exequatur, annuere compellitur, nisi absque in commodo possit abstinere.

An ex actis, vel secundum propriam conscientiam iudex debeat iudicare?

**V**TRVM iudex possit, ac debeat secundum allegata, & probata iudicare contra veritatem, quam aliunde certo cognoscit, fuse tractant Pat. Sanch. consil. Moral. lib. 6. cap. 1. dub. 17. Gutier. Canoniar. quæstion. lib. 2. cap. 29. Lugo de iust. & iur. tom. 2. disp. 37. sect. 4. Ioan. Orosii. in illicitas, s. veritas, ff. de offic. Præsid. Lucas de Penna in l. 2. a nu. 16. C. de tabular. lib. 10. Morla in emporio iur. tit. 2. q. 1. Menchac. controuersiar. illustr. libr. 1. cap. 14. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 950. Neuzanti. in sua nupt. lib. 5. nu. 121. Scaccia in tract. de re iudic. glof. 14. q. 8. Tusch. practicar. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 398. Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 10.

Num. 1.

Exercens actum licitum cum conscientia erronea putans, peccaminosum esse, peccati reus sit, nam cum intellectus proponat obligationem præcepti, illud tenemur obseruare A zor in iust. moral. par. 1. lib. 2. cap. 8. q. 3. Nauarr. in cap. si quis autem, num. 84. de penit. dist. 7. Barbof. in collectan. ad cap. fin. num. 2. in fin. de præscript. Sanch. in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 1. r. n. 2. Pellizzari. in manuali regulari, tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 49. Gutier. supr. num. 6. Filiuci. tract. 21. cap. 4. Conscientia autem in presenti accipitur pro practico, & actuali iudicio mentis de actis, vel agendis discernentis inter bonum, & malum, præceptum, aut prohibendum Lugo cum multis in prin-

cip. moral. in proloquio, num. 1. & definitur a Baldo in auth. ad huc, vers. Sed si dubitetur, C. de vsur. ut sic Sen. sus animæ cognoscentis bonum, & malum, quæ de hinc, & alias refert Menoch. de arbitrar. libr. 1. q. 8. n. 41.

Idem dicendum est de eo, qui cum conscientia dubia operatur, quia agens, quod dubitat, an sit prohibitum? se exponit periculo peccandi, Gutier. supra lib. 1. cap. 32. nu. 40. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 41. Bonacin. de peccat. disp. 2. q. 4. punct. 7. Barbof. dict. num. 2. D. Couar. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 8. Ad quod dubium esse debet practice practicum, quod contingit, cum operaturus hic, & nunc ambigit, num peccet operando, vel omittendo; nec sufficit speculatiue dubitare, si practice dubium non sit, quod explicant Lugo vbi proxime, part. 1. cap. 2. in princip. num. 2. Sanch. in Decalog. d. lib. 1. cap. v. num. 3. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 2.

Qui cum conscientia erronea operatur, tale peccatum admittit, quale se committere falso existimat, quoniam ex conscientia errantis dictamine actus malitia desumitur; Lug. d. par. 1. cap. 1. quæst. 2. num. 13. Pat. Vazquea 1. 2. disp. 59. cap. 3. Caietan. in summ. verbo, conscientia. Sed si non distinguat speciem peccati, sed in confuso aduertat, se peccaminosum actum exercere, peccatum hoc pertinet ad generale præceptum fugiendi mali, bonique sectandi, A zor supr. q. 6. Sanch. d. cap. 11. num. 17. Lug. d. q. 2. nu. 12. Vbi autem conscientia erronea proponit malitiam actus non determinans, an si lethalis, vel venialis culpa, dubium est, quod peccatum fiat, de quo Lugo num. 15. & coartatas Theologorum

sententias recte conciliat Pellizzari d. cap. 3. num. 50. asserens, quod si homo sit conscientia timoratus, ita ut si occurreret, mortale culpam se committere, ab ea abstineret, solum veniale peccatum admittet, quod si prauus fuerit, ita ut licet aduerteret, se lethali-ter delinquere, non ideo desisteret ab actu, quem putabat illicitum, mortalis culpe reus fiet. Hæc & de conscientia dubia debent intelligi.

Ibi: Quamuis quandoque ignorantia valeat a culpa excusare.

Facti, vel iuris ignorantia iusta, probabilis, siue inuincibilis penitus excusat a peccato, D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. Sanch. d. lib. 1. cap. 16. num. 9. D. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 10. numer. 12. 13. de sentent. exco. commun. in 6. l. 7. man. d. lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 6. Bonacin. d. disput. 2. quæst. 8. punct. 3. numer. 12. Gutier. de matrim. cap. 49. nu. 5. vers. Ignorantia autem, Ignorantia inuincibilis in eo datur, cui nulla malitia, vel negligentia potest imputari, quia in sua potestate non fuit, cognitionem habere eius, quod ignorat, cum de ipso nulla sibi occurreret cogitatio, vel si cum cogitaret, debitam adhibendo diligentiam, nequirit indagare veritatem Lugo vbi proxime, par. 2. cap. 4. num. 4. Barbof. in collectan. ad cap. ignorantia, num. 7. de reg. iur. in 6. Gutier. d. Vers. Ignorantia autem.

Vincibilis vero ignorantia, quæ culpabilis, & improbabilis nuncupatur, a peccato non excusat, Gutier. sup. vers. Supina autem ignorantia, quod omnes fatentur. Tamen hæc supina, vel crassa sit, aliquo autoloma mouit malitia actus, D. Thom. d. q. 76. art. 3. 4.

Layman. d. cap. 4. numer. 9. Ludouic. Lop. part. 1. sui instructor. conscientiz, cap. 136. pag. 297. col. 2. Sanch. vbi proxime, cap. 17. num. 1. Lug. d. cap. 4. num. 13. Imò aliquando à mortali valet excusari, nepe cū ob leuissimā culpā in quærenda veritate, eam non fuit assequutus, ignorans, Sanch. d. cap. 17. num. 17. Bonacini. d. punct. 3. num. 21. Lug. cum alijs, d. cap. 4. q. 8. num. 1.

Est & alia ignorantia, quæ affectata dicitur, cum quis studiose vult ignorare veritatem, vt sine conscientiz mortuū libentius delinquat, de qua Psalm. 35. Ibi: *Natus intelligere, est bene agere.* Lugo vbi proxime, n. 6. Gail. obferuat. lib. 3. obseruat. 48. nu. 18. Mascard. concl. 879. n. 33. Hæc peccatum non minuit, sed auget, Tirag. de poen. tēper. cap. 13. n. 22. Medices de casib. fortuit. p. 1. q. 5. n. 10. Barbof. in axiom. iur. axiom. n. 2. n. 1. Sforcia Odd. de in tege. restit. p. 1. q. 8. n. 57. 58. Gutier. su. pr. verf. Affectata ignorantia, Ludou. Lop. vbi proxime, Veg. lib. 5. cal. 256.

## Num. 2.

De hoc dicendū est opportunius, infr. cap. 2. n. 3. cum seqq.

## Ibi: Nam quod de iuramento

Licet probabilissima sit Caietani opinio, quā D. Couar. probat in præfenti, nihilominus non est minus probabile, violantē iuramentū promissoriū de re parua solum venialiter peccare. Ita docent cū Siluestr. Par. Suar. de relig. tomo 2. lib. 3. cap. 16. à nu. 9. Azor lib. 5. c. 27. q. 2. Fagund. in 2. Decalog. pr. cept. lib. 2. cap. 6. nu. 29. Sā verbo iuramentū, n. 7. Sot. de iust. & iur. lib. 8. q. 1. art. 7. & q. 2. art. 3. Sanch. in præcep. Decal. lib. 3. cap. 4. n. 25. vbi plures.

## Num. 3.

Iudici neque in ciuilibus, neq̄ in criminalibus causis secūdū acta iudicare licere, cū sibi aliās de contraria veritate manifeste constar, defendunt Laudati à Gutier. d. cap. 29. n. 2. à Dian. d. resol. 22. à Morla d. q. 2. n. 14. verf. Ex prædictis, & à Sanch. d. dub. 17. n. 2. Sed hæc opinio omnino debet excludi, sicut cogitatio veritatis proueniat ex confessione Sacramentali, nam ob arduissimum Sacramenti poenitentiz sigillū nullo modo illa vti permittitur, ne confessionis reuelandæ periculū detur, Lug. de iust. & iur. d. disp. 37. n. 47. vbi exemplū affert. Imò absolute contraria est tenenda, de qua infr. n. 12.

## Verf. Ex opposito notandum.

Nihil ad hanc quæstionē conducere videtur Vlpian. in d. §. veritas, vbi solū agitur de veritate, vel errore contingente in actis ipsis, nō de priuata sciētia iudicantis, vt patet. Pinel. in l. 2. p. 3. cap. 3. n. 32. C. de tesc. vendit.

## Num. 6.

Ibi: His igitur rationibus ipse opinor.

Sentētia hæc, vt iudex possit, ac debeat secundum allegata, & probata in omnibus causis iudicare, etiā aduersus veritatē sibi priuatim cognitam, communior est, ac tenenda cū Azeued. in l. 10. n. 130. tit. 17. lib. 4. Recop. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 4. n. 7. vbi plures, Bernard. Diaz reg. 377. Menoch. d. li. 1. q. 24. n. 3. D. Larr. allegat. 48. n. 7. Jacob. de Beluisio in prax. crim. in rubr. nu. 172. verf. Sed nunquid iudex, Martienq̄. in dialog. rel. p. 3. c. 42. n. 1. Tufch. d. concl. 398. nu. 1. Gutier. d. cap. 29. à num. 4. Affert in cap. 10. quæstionibus, n. 16. verf. Decimo noto, lib. 1. condition. Reg. Iul. Clar. in prax. crim.

crim. 5. fin. q. 66. n. 2. Bostell. in summ. dec. tit. 42. de iudic. nu. 62. Idem etiā probant communiter Theologi, Sanch. d. dub. 17. à num. 7. vbi alij Tanner. tom. 3. disp. 4. q. 4. dub. 3. n. 51. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 8. nu. 13. Dian. d. resol. 22. in fin. apud quem Banez, Aragon, Srouerdof. & Saloni Viuan. in prax. iur. patron. lib. 13. cap. 3. n. 182.

Verf. Non obstant, quæ in prioris sententia confirmationem.

Imò nec faciet contra conscientia, qui sententia speculatiue, nō posse iudicem contra veritatē sibi priuatim cognitā iudicare ex actis, hæc sua opinione positā, damnauerit conuictū, quē innocētē ipse certo scit aliorū probabile sententiam sequutus, nā cum hoc licitū sit, Pellizar. tom. 1. tract. 4. cap. 4. n. 49. Pat. Vazq. 1. 2. disp. 62. nu. 14. Azor. lib. 2. cap. 17. q. 7. Pat. Sanch. d. li. 1. in Decalog. cap. 9. n. 15. Ioan. Sanch. disp. 14. n. 8. & disp. 41. nu. 7. Lug. d. p. 1. cap. 3. q. 2. n. 34. Qui id sciens facit, & si contra propriā sententiā iudicet, aduersus conscientiam non operatur, Lug. n. 36.

## Num. 7.

Verf. Secundum etiam in criminalibus.

Distinctionē inter causas ciuiles, & criminales admittunt, Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 29. dubit. 10. nu. 84. vbi expressim D. Couar. reprobat. Petr. Nauar. de restit. lib. 2. c. 3. n. 160. cū seqq. Adrian. in quodlibet. q. 6. art. 3. Lug. de iust. & iur. d. disp. 37. lect. 4. & alij ex Theologis recētionibus, qui existimant iudici scienti, etiā vt priuato innocētā conuicti nullo modo licere, cū ad mortē, vel mutilationē cōdēnare, posse tamē in causa pecuniaria cōuictū, quā citatis sequē actorū probationes, dānt

do iuxta eas, quæ certo cognoscit nihil debere, quoniam potissimū est fundamētū illi, quia respública potest, vt seruetur iuris ordo, ob publicā vtilitatem de bonis ciuium disporre, non sic de eorū vita, aut corpore, vnde licite vni bonū auferitur cōtra iustitiā, & alteri aliud datur, sed innocētē occidere, nefas erit.

Cui rationi potest satisfieri, aliter enim do, quod & si respública priuatorum in bonā magis liberam potestate, quā in vitā, vel personas obtineat, in casu, de quo agimus, sicut potest iuste bonā adimere, ita & mortis poenā, vel aliam corporalem imponere, ex eo enim, quod quis reus criminis legitimis probationibus conuincitur, tametsi falsum sit, idem scā dātū, ac officiam illa patitur, ac si verū esset, quare propter eius quæritur in conuictū ad vindictam secundū delicti qualitatem, iudex quoque, qui vt minister iustitiæ debet ius suū vnicuiq̄ reddere, attingit officij, & respública satisfacere, damnando illū, qui deliquit se ex actis publice constat, neque eius priuata sciētia, qua cognoscit innocētā dampnādi, ius vindicandi tollere potest, cū legitimē notoriā eam facere nō valeat, si quidē iudici de ea deponenti credendū non est in respública pr. iudicium. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 187. n. 32. Mascard. in proem. n. 10. 7. Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. n. 20. Viuan. in prax. iur. patr. dec. 14. n. 5.

Verf. Tertium etiam Supremos Senatos.

Senatus Supremi Principis iudices posse contra id, quod ex actis constat, iuxta veritatem sibi priuatim potā iudicare, cum Girdone docuerunt Menoch. lib. 2. cas. 98. num. 12. Orosc. in d. §. veritas, nu. 17. Grammatic. dec. 19. col. sequitur. Roland. à Valle col.

30. num. 16. volum. 1. Crauet. conf. 144. num. 20. & conf. 198. nu. 7. verſ. Considero etiam, Beci. conf. 52. num. 89. lib. 1. Bald. in l. 1. n. 6. C. de manu- mil. vindict. Bobad. in pol. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 58. Neuzant. in ſua nupt. n. 70. Alex. in l. ſis ad quem ad fin. ff. de acquir. heredit. Rebuf. in proceſſa concordat. verbo Summus, pagin. 3. verſ. 5. Mascard. d. concl. 950. nu. 7. Auend. reſpoſ. 1. n. 11. Butg. de Paz in proceſſo leg. Laur. n. 26. 2.

38 Contrarium verò ſuſtinet cum D. Couar. Accueſ. in d. l. 10. Recopi- lat. n. 32. Par. Sanch. d. dub. 17. nu. 16. Gutier. d. cap. 29. nu. 21. Morla d. tit. 2. q. 1. n. 30. Paci. n. d. lib. 1. cap. 67. n. 9. Cacheran. deſc. 1. num. 43. Maticnc. in dialog. reſtor. par. 3. cap. 42. num. 2. & alij Quod certius videtur.

Ibi: *Princeps tamen qui poteſtatem habet.*

39 Princeps ſuperiorem non recog- noſcens poteſt contra allegata, & pro- bata, ſecundum quod ipſe priuatum cer- to ſciuerit, iudicare Pacian. n. 7. 8. Bart. Bald. & Cyn. in l. vnic. C. vt quz deſ. ad vocat. Pat. Sanch. n. 11. Gutier. nu. 16. Maticnc. nu. 3. Corduba lib. 1. quz ſt. q. 37. in ſin. Morla num. 29. Oroſci n. 13. Mascard. n. 6. Menoch. d. lib. 1. q. 8. num. 2. vbi alij, Auend. n. 11. Ca- cheran. n. 41. Corraſi. lib. 4. miscella- near. cap. 20. nu. 2. Rendina in promp- tuar. receptar. ſententiar. tit. 91. nu. 2. Qui idem de iur. Principis tenente ſentit Lugo de iur. & iur. d. diſp. 37. ſect. 5. Oportet tamen, vt pateat de priuata Principis ſcientia, ne ſcandalu committatur, ſi contra allegata, & probata damnandus abſoluatur, aut abſoluen- dus cõdemnetur, Aug. Barboſ. in col-

lect. ad c. ſuper quaſtion. 5. quia veto, n. 17. de offic. de legat. Pat. Sach. d. n. n. Caiet. 1. 2. q. 67. ar. 2. Sor. de iur. lib. 5. q. 4. ar. 2. Atq. ita intelligendus, Lug. d. ſect. 5. dũ docet Principi nõ licere ex ſua priuata ſcientia delinquentem oc- cidere, niſi ad vitandum imminens rei publicz documentum: optimum at- tem conſilium, ac pietate plenum eſt, vt Princeps nõ vtatur ſua priuata cog- nitione delicti, ad puniendum eum, qui ex actus innocens probatur, niſi im- manitas facinoris id ſuadeat, vt cum D. Couar. in præſenti admonet, Sanch. vbi proximè, Gutier. n. 17. Cordu- ba vbi ſupr. Ex hac poteſtate ſecundũ propriam conſcientiam iudicandi, ori- tur, vt in cauſa civilis poſſit Princeps, actori non probanti, fide digno fidem adhibere contra reum vilẽ, & in famẽ, vt hunc illi condemnet aduerſus iuris regulam, quã, actore non probante, reus debet abſolui. Ita Menoch. diſt. lib. 2. caſ. 98. n. 10. Masc. tom. 1. concl. 36. n. 20. Pacian. d. lib. 1. cap. 69. nu. 7.

Ratio ſupra poſita principalis aſſer- tionis eſt, quoniã Princeps, cum iudi- cat, legibus non aſtringitur ad obser- uandam iuris ordinem, cui ex iuſta cau- ſa valet derogare, atque ita non adhi- bere fidem actorum probationibus, quas falſas eſſe ipſe euidenter cognoſ- cit, Morla nu. 27. Imõ Princeps debet iuxta veritatem, de qua ſibi conſtat, iu- dicare Men. d. q. 8. n. 21. Dec. cõſ. 463. in ſin. Ruin. conf. 61. n. 26. lib. 5. Brun. conf. 81. n. 1. Pariſ. conf. 118. n. 13. lib. 1. Nam cum aſſertionẽ Principis publica fides ſit adhibenda etiam in tertij præ- iudicium, Tuſch. lit. P. concl. 681. nu. 1. D. Lar. alleg. 60. n. 2. 8. Ant. Gabr. lib. 1. commun. tit. de probat. concl. 2. nu. 12. Mascard. concl. 139. n. 10. Fatin. de reſub.

reſub. q. 63. cap. 3. n. 82. l. 5. tit. 1. par. 6. Lomium 19. §. 1. C. de teſtament. Cle- ment. 1. de prob. vbi plurimos allegat. Barb. in collectan. n. 6. debet veritate ſibi prætere manifeſtare, & ſecundũ illã, cauſam definire, propria enim autho- ritate ſua ſententia iuſtificat, quod inferioribus iudicibus datum non eſt, quare iuxta allegata, & probata iudica- re coguntur, Menoch. q. 76. n. 2.

22 Idem, quod in Principe, admittit in Præſato regulari quoad cauſas ſub- ditorum, Pellizzari ſupr. tom. 2. tract. 7. cap. 1. n. 14. Licet Epilcopi debeant ex actis iudicare, Bald. in cap. 1. §. Sa- cramentum in conſuetud. reſt. feud. Oroſci in d. §. veritas, nu. 16. Iaſo in l. 2. in fine, ff. de in lit. iur. Gutier. d. cap. 29. num. 20. Pacian. in addit. d. cap. 67. n. 9. lit. A.

24 Arbitrator etiam poteſt negotiũ ſibi commiſſum iuxta veritatem ſibi notam definire, Tuſch. ſupr. lit. l. con- cluſ. 398. n. 2. in fine, Bald. conf. 140. in ſin. lib. 1. Sunt aliqui caſus, in quibus permittitur iudicibus Principe inferio- ribus ex ſua priuata ſcientia iuxta veri- tatem iudicare, quos congerunt Mor- la à nu. 28. Tuſch. vbi proximè, num. 19. cum ſeqq. Mascard. d. concl. 450. à num. 4.

Num. 8.

26 Conſequenter dicendum eſt, pri- uatam iudicantis ſcientiam nihil inte- reſſe, vt accuſatore, aut actore nõ pro- bante, reus deſinitue, vel ab obſeruatio- ne iudicij abſoluatur, ſed ita abſoluen- dus erit, vt acta depoſeant, Morla nu. 26.

Verſ. Ex quibus tandem.

27 Accuſatore non probante in crimi-

nalibus, quid iudici faciendum, cum de rei innocentia non docerit, maxime diſputatur. Sunt qui exiſtimate, cau- ſam indeſitam relinquere oportere accu- ſato ſub fideiuſſoribus dimiſſo, aut ſine iſtis, ſi ipſos nequit habere, per textum in l. ſi qui aduitem 34. C. ad leg. lul. de adulter. ita Salicet. in l. 3. q. ſin. C. ad leg. lul. Maieſtat. Pariſ. de Purco de ſyndicat. verbo Viſo de repet. tortur. col. ſin. Hyppolit. de Mat. in l. repetit. nu. 36. ff. de quaſtion. & in prax. crim. §. quoniam, nu. 49. Paul. Gilap. de re- laxat. in carcerator. in robe. de abſolut. innocent. Alberic. in l. Diuus Marcus notab. ff. de offic. Præſid. Alij tenent reum deſinitue abſoluedũ, aut quod ipſi aliqua pena pro qualitate præſup- tionum, & iudiciorum imponatur, Ant. Gom. var. lib. 3. cap. 13. num. 28. Verſ. Sed his non obſtantibus, vbi late probat Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 95. n. 1. Simancas de Catholic. inſtitut. cap. 63. num. 36. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. nu. 22. Alij ſentiunt cum D. Couar. hic accuſatum ab ob- ſeruatione iudicij abſolui debere, Me- noch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 93. à nu. 2. lul. Clar. in prax. crim. q. 62. num. 2. verſ. Forma autem, Pacian. d. cap. 67. n. 42. Ratio in prax. crim. tit. de Inquiſit. q. 4. n. 27. verſ. Quid dicendum, vbi de prax. teſtatur, & quid ſi per torturã purgentur iudicia, num. 26.

Ibi: *In civilibus ſane controuerſis.*

28 Quid in civilibus cauſis obſeruan- dum ſit, actore non probante, non mi- nus controuertitur, ſed quod frequen- tius receptum eſt, quibusdã propoſi- tis caſibus apparebit. Primus eſt, cum lite iam conteſtata iudex terminum pot-

probatorum assignat, intra quem si actor de iure suo non docuerit, reus definitiue venit absoluedus, lafo in l. f. n. 50. vers. Sed ego intelligo, ff. de ferijs, Mascard. tom. 1. concl. 36. nu. 58. vers. Decimo ampliatur, Pacian. d. capit. 67. nu. 33. 34. Secundus, cum terminus ad probandam nullus est datus a iure, vel ab homine (aliquando enim statuto tempus ad probandam, finiendaque litem praescribitur, Bald. in cap. fin. nu. 11. vers. Et hoc verum de iure iur. Pacian. n. 35) & erit reus ab obseruatione iudicii absoluedus, Bart. in l. ad monendi, n. 13. vers. Quero primo, ff. de iure iur. Pacian. cum multis, num. 43.

Tertius, quando arbitet, aut iudex ex partium consensu delegatus tenetur intra certum diem causam terminare: nam si actor non probauerit, reus definitiue debet absolui, terminus enim ille censetur etiam ad probationes assignatus, actorque se astringit ad docendum intra illam de iure, quod habet, quare opus non est, vt terminus specialiter assignetur, Felin. in cap. venerabilis, col. p. vers. Datur & alia cautela, de iudic. Castren. in l. properandum, §. & si quidem, nu. 9. vers. Adde quod dicit, col. 2. C. de iudic. Pacian. nu. 50. cum seqq. Quartus, cum litem contestata non fuit, & reus solum a iudicii obseruatione absoluitur, quoniam ad definitiuam litem non contestata, procedi non potest, nisi in casibus permisis, quorum meminit glos. verb. regulariter in cap. quoniam frequenter, §. vt litem non contestata Abbas in cap. fin. §. sapere, n. 6. vers. Item oportet, quod litem col. 2. de iure iur. Pacian. nu. 59. quoniam etiam istam egregie, fufoque pertractat.

Ibi: Nec quidquam refert, si iudex volens in consensu.

Hec l. 1. tit. de las contestaciones, lib. 3. ordinam. que est l. 1. tit. 4. libr. 4. Recopilat. & l. in Supremis Tribunalibus non praescribetur, ab inferioribus iudicibus est obseruanda, Matien. super. cap. 44. num. 6. Auend. in resp. 1. n. 22. Paz tom. 1. par. 1. tempor. 6. nu. 44. 45. Gutier. practicar. lib. 1. q. 46. nu. 2. Did. Per. in d. l. 1. ordinam, Mocerros. in sua practica, tract. 5. fol. 82. ad fin. Salazar de visu, & consuet. vers. Propterea, fol. 13. Bolañ. in curia, part. 1. §. 14. num. 10. Et si contrarium affirmet Olan. in concord. iur. lit. C. num. 101. Apud quos de praxi praefatae constitutionis.

Nym. 9.

Est opinio communis, que docet, 36  
sententiam, quae ex actis nequit iustificari, nullam esse, Maresec. variar. lib. 2. cap. 107. n. 1. Vant. de nullitat. ex defectu proces. no. 14. Grat. disceptat. lib. 3. cap. 531. n. 61. 62. Farin. in ciuilib. antiq. decil. 665. num. 2. & in nouis. decil. 77. Ricci. in prax. for. Ecclesiast. tit. de iur. Patronat. decil. 215. Cyriac. tom. 2. controuers. 380. n. 13. Hermosill. in l. 32. glos. 1. n. 291. tit. 5. par. 5. Peregr. conf. 29. n. 9. vol. 4. Rota. disceptat. lib. 2. n. 8. 1. par. diuersor. & decil. 704. nu. 2. Quod adeo verum est, vt partium consensu non possit sustineri, Hermosill. ibidem, nec in tem iudicatam transitu faciat, Pute. decil. 369. lib. 1. Seraphin. decil. 261. Belamer. decil. 340. Hermosill. vbi supr. Sed sententia lata ex confessione iudici etiam verbalis facta, de qua in processu, non apparet, ex actis iustificari non potest. Igitur est nulla.

Nec

Nec intererit, quod iudex exprimat in sententia, eam confessionem sibi fuisse factam, quoniam cum dicto credendum non est, cap. cum a nobis 28. de testib. vbi Felin. nu. 3. vers. Secunda conclusio, lafo in l. 2. §. si absens, n. 10. vers. Ego teneo contrarium, col. fin. ff. si ex noxal. caus. agat. Pacian. d. libr. 1. cap. 48. n. 20. & diximus supr. nu. 14. Emman. quz sit. regul. tom. 2. q. 13. art. 2. a princ. & vers. Corroboratur.

31 Quibus non refragatur Buer. in cap. quoniam contra, col. pen. de probat. quem sequuntur, Felin. ibi, nu. 28. vers. Quintus casus est, col. 14. & alij communiter, dum docet, valere sententiam, qua iudex pronunciet: Absoluo Caium, quia mutuum probatum non est. Quamuis ex actis constet, actore plene mutuum probauisse. Hoc enim ideo verum est, quia ab animo, & arbitrio pendet iudicis, quanta fides sit testibus adhibenda, l. 3. §. 1. ff. de testib. qui tamen si quoad verba intentionem actoris concludenter probauerint, ipsi nihilominus iudex potuit recte extirpatione, aspectu, alijs ve circumstantijs eorum de positionibus non credere, Bart. in l. Luci. in fin. ff. de ijs, q. notant. infam. Bald. in l. cum magistratus, C. quando. pronoc. non est neces. Grammat. plures Laudans id decil. 34. n. 46. 47. Menoch. de arbitrar. libr. 2. cap. 90. nu. 5. Quz incredulitas, cum lateat, ac resideat in animo iudicantis, ex actis percipi impossibile est, imo necessario in his ipsi fides adhibetur, Menoch. supr. lib. 1. q. 76. n. 12. lafo in §. sed istz el. 2. n. 54. inst. de actjon. Quod aliter se habet in confessione iudici facta, quz cum actus partis externus sit, debet ad acta redigi, vt sic sententiam constet esse iustam.

32 Ex quibus redditur difficilis D. Co-  
uar. assertio, quz tamen vera erit, si iudici concessum sit, vt sine scriptis in causa procedat, nam tunc sententia, in eua mentio fiat de confessione facta iudici vt tali, sustinebitur, quoniam eius dicto credendum est, Bart. in auth. nisi breuiore, in fin. C. de sentent. ex perit. recitand. Pacian. d. libr. 1. cap. 48. n. 78. lafo in l. ad monendi in 2. lectur. n. 168. vers. Facit ad praedictorum confirmacionem, ff. de iure iur. Ant. Gabr. commun. lib. 1. concl. 1. de testib. n. 36. vers. Decimo sexto limita, Crot. de testib. par. 6. n. 218. vers. Octauo, & vltimo fallit. Sed si is, de cuius confessione iudex testatus est, eam negauerit appellans, sententia reuocabitur, nisi testibus probatur confessio, licet enim permissum sit in causa sine scriptis procedere, non ideo iudex non tenebitur testes adhibere in eis, quz substantialia iudicij sunt, vt confessio, alioqui de iustitia sententiae constare non poterit, & ita intelligendi sunt praefati DD. assertores, huius iudicis assertioni standum esse, & D. Couar. qui Doctrina mistam generaliter tradit, Pacian. supra.

Ibi: Vnde ipse infero intellectum.

34 Exhibitio instrumenti quomodo  
cunque facta iudici minime probat, sed necesse est, vt realiter producat in actis, Abb. in cap. imputari, 2. notab. de fide instrument. Bart. in extrauaganti ad reprimendam, verbo de Plano, n. 3. Parej. cum plurimis, de instrumet. edic. tom. 2. tit. 7. resolut. 6. nu. 6. Marzanta in prax. par. 6. actu 8. n. 35. Vantius de nullit. ex defectu citation. nu. 55. Gratian. supr. cap. 121. n. 33. & cap. 725. nu. 29. Posti. de manutens. obseruat,

uar. 69. h. 22. & obseruat. 97. 2. nu. 1. nam, vt instrumentum probet necesse est, vt vel ipsum, vel tenor eius de verbo ad verbum in processu relinquatur, quz realis productio non cupatur Pareja num. 2. Oliuer. Beltran in Addit. ad Alexand. Ludouic. decif. 59. n. 11.

35 Alioqui verbalis est productio, que ad probationem nihil prodest Pareja id. 5. 6. Vnde sententia lata ex instrumento iudici vt tali, noto de quo in actio non apparet, vt diximus, erit omnino nulla Parej. num. 3. Batt. supr. d. num. 3. ibi: *Quia per hac solum quod exhiberetur coram iudice non fitur probatio.* Ex his diffi- cile defendi potest, D. Couarr. con- traria resolutio.

*Verf. Septimo sunt, qui in hac diffilli.*

37 Iudex lege charitatis sola obliga- tur ad liberandum conuictum de crimi- ne, que ipse infontem priuatum scit Sam- ch. d. dub. 16. nu. 13. vbi alij, & si con- trarium alijs placeat, videatur Diana d. resolut. 22. Vnde tenebitur ea ad hi- bere media, quz sibi valde nociua non sint, non tamen cedere Ma- gistratus, neque honorum iactu- ram pati, quia lex charitatis cum tan- to detrimento non obligat, Sanch. numer. 14. Lugo d. disp. 37. num. 41.

38 49. Neq. cum quis patitur ex malitia alterius, compellitur aliquis cum mag- no incommodo illi subuenire, Sanch. ibidem, Gutier. d. q. 29. n. 12. verf. Hoc tamen remedium, Cordub. d. libr. 12. questio. q. 37. verf. Secundo corolla- rie sequitur, sul. Clarin prax. crim. 5. fin. q. 66. Soc. d. lib. 5. q. 4. art. 2. Illud vero medium remittendi causam ad superiorem indecisam, & apud ipsum de innocentia dampnandi deponere,

tunc necessario debet adhiberi, quon- do verosimilis subsit spes, vt per hoc innocens absoluitur, non aliis, Sanch. num. 13. apud quem Cordub. verf. Ex hac opinione, sequitur, Syluest. Alens Tabiena, Caiet. Vigner. & alij, quos refert. Panormitan. in cap. pastoralis, de offic. & potest. iudic. de legat. An- gles in florib. Theolog. q. de resitut. in iust. in iudicio commissis in conclus. quz incipit. Iudex damnans, pag. 243.

40 Similiter, si iudex crediderit, inno- centi profuturum, debebit pronuncia- re, sibi de causa non liquere, non men- tiendo, nam pro vita proximi mentiri non licet, cap. nequis, cum sequent. 2. 2. q. 2. Sed vtendo abstractione, vt do- cet glos. in d. capit. nequis. Et quidem verum est, de causa, vt oportet, iudici non liquere, cum ex falsitate probatio- num innocens reus conuincatur.

Num. 10.

41 Exequutor non potest exequi sententiam notorie iniustam, aut errore intolerabilem continentem, Sanch. d. cap. 1. dub. 12. num. 1. Cordub. supra verf. Tertio corollarie. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. Gutier. num. 15. Me- noch. de arbitrar. lib. 1. q. 38. num. 21. Azeued. in l. 15. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Gratian. Falcon. reg. 422. num. 8. Nauarr. in cap. cum contingat remedi. 1. num. 7. de rescript. Salzed. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 154. nu. 12. verf. Verum. Alioqui quamuis senten- tia iniqua sit, ipsique executori constet, eam exequi tenetur, Nauarr. vbi proximè, Afflic. decif. 220. Ceuall. tom. 3. de cognit. per viam viol. glos. 6. num. 137. Gutier. supr. Maranta de ordin. iudicior. par. 4. disp. 1. à num. 4.

Gigas

scilicet I. ucretis, & Echoici alij, qui se proprijs manibus occauerunt putates, se actum licitum, & laude dignum exerceere, nam homicidium sui ipsius non est contra prima principia luminis naturæ nota, sed contra principia secundaria deducta ex primis, quæ aliquando possunt inuincibiliter ignorari. Or. sup. lib. 5. q. 1. art. 5. Dian. dict. resolut. 30.

61 Fuit tamẽ hæresis Circuitorum, vel Circuncellionum, qui defenderunt, esse opus valde meritorium, & speciẽ martyrij, se ipsos interficere propter Deum, atq; ita diuersimode sibi mortem consciscabant, quorum errorem memorat, & confutat D. August. de hæresib. ad Quodauiteum hæres. 69. & lib. 1. de ciuit. Dei à cap. 17. ad 28. Ira Lugo de iust. & iur. d. disp. 10. sect. 1. in princip.

Verf. *Tertio ex hoc apparet.*

62 Difficilis est textus in cap. non est nostrũ 11. 23. q. 5. in illis verbis: *Absque eo vbi castitas periclitatur.* Secũdũ quæ videtur D. Hieronymus sensisse, licitum esse ob seruandam castitatem, cum periculum imminet stupri, propriam mortem atripere, quod verum non est, quare varie locua iste interpretatur, nã gloss. ibi, & Turrecrenata eã clausulam intelligunt inclusiue, ita vt sensus sit, nec propter castitatis obseruantiã, se ipsum occidere quet quã posse, sicut accipitur illud Cantuar. cap. 4. ibi: *Absq; eo quod intrinsecus later.* Cui interpretationi ad stipulatur multũ laudari à Paciano de probat. lib. 1. c. 13. num. 9. Alij cum Moh. de iust. & iur. disp. 9. num. 5. putant, sic loquutum fuisse D. Hieronymum in gratiam quatuorundam feminatum, quæ

ob non amittendam pudicitiam sibi mortem intulerunt, nam vel Divina inspiratione, vel ignorantia inuincibili à culpa excusantur, & ne eas damnare videatur, casum illum excepit, Lesius. 1. 1. 2. cap. 41. dub. 6. n. 23. existimat, D. Hieronymum in ea sententia fuisse, quod veritati contrariè officere non potest.

Num. 10.

- 63 Permittendum est, cuilibet licere, nisi specialiter sit prohibitum, ut ministris iustitiae, ministrare cibum etià iuste damnato, ut fame moriatur, nullus tamen ad id tenetur, Sanch. d. cap. 4. dub. 14. nu. 1. D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. ad 3. Sor. supr. lib. 5. q. 6. art. 4. vers. In eadè solutione, Dried. de libert. Christian. lib. 1. fol. 227. Deinde tali damnato licitum esse oblatos cibos sumere, D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. Sor. vbi proxime, Castr. lib. 2. de leg. penal. c. 3. corol. 3. D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 19. §. 6. Thom. del Bene d. dubit. 23. sect. 3. nu. 18. Henric. quodlibet. 9. q. 26. Sanch. d. dub. 14. n. 2. Dubium autè in eo versatur, an iuste damnatus possit respuere cibos contra iudicis voluntatem sibi oblatos. Negant cū D. Couarr. Gutier. canonicar. lib. 2. cap. 24. n. 5. Nauarr. in cap. statumimus, n. 36. 19. q. 3. Dried. vbi supr. Castr. d. cap. 3. corol. 3. Victor. in relect. de homicid. nu. 28. Faber. in 4. dist. 15. q. 3. disp. 5. 2. cap. 21. n. 46. & alij. Receptius tamen est, posse reū amore iustitiae à cibis abstinerere, Sanch. n. 5. Pellizz. tom. 1. tract. 4. cap. 5. u. 81. Les. d. lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 29. Dian. d. tract. 4. resolut. 41. Bonacin. tom. 2. tract. de restit. disp. 2. q. vlt. sect. 1. p. 5. n. 5. Bene vbi proxime, n. 19. Tolet. lib. 5. cap. 6. Malder.

2. 2. cap. 1. dub. 19. Nauarr. vbi proxime, lib. 2. cap. 3. num. 72. Sayr. lib. 7. cap. 9. nu. 26. Quos plurimi sequuntur. Ratio, cui nuncitur, est, quia ille non facit actum directe tendentem in mortem, sed solum patitur, ab innato calore se absumi, quod amore iustitiae permissum est, sicut se iudici tradere delinquens potest, ut pro crimine occidatur, Ioan. Sanch. supr. disp. 46. numer. 13. Diana part. 3. tract. 5. resolut. 7. At Lugo d. disp. 10. sect. 1. nu. 28. 30. Distinguit ita: Aut damnatus cibos edendo sperat, poenam mortis euadere, veluti venia impetrata, & lethaliter peccabit, si alimentum respuat. Aut ex sumptione cibi solum per breue aliquod spatium terminum mortis protegat, & sine peccato cibos non admittet, nam licet sub mortali vitam propriam, quilibet seruate, teneatur, non tamen ita astringitur ad eam protrahendam quando alius vult, & potest ut iudex, eum illico, aut paulo post perimere. Quae distinctio, eam difficultatem habet quod si respuendo cibos hoc casu se ipsum reus occidere videtur, ac si ferro, aut veneno in sui necem veteretur, ut ipse Lugo docet, quemadmodum illicitum est damnato ita se occidere, & si certo sciat, si requat, statim ab alio se interficiendum, sic & cibos non edere peccatum erit graue, licet solum per momentum interitus edendo differatur. De abbreviacione vitæ, Diana d. tract. 4. res. 33. Sanch. lib. 5. cap. 1. dub. 33.

Verf. Quis probatur.

66 Damnatus ad mortem iuste, vel iniuste absque peccato vadit ad locum supplicij.

supplicij, scalam ascendit, collum prebet, carnifici, & similia facit, hi enim actus directe ad mortem non tendunt. Victoria in relect. de homicid. num. 30. Sanch. d. cap. 4. dub. 15. in fin. Remig. supr. cap. 5. §. 3. num. 2. Dian. d. tract. 4. resol. 40. Bene d. sect. 3. num. 15. & est omnium concursus sententia.

Verf. Sexto eadem ratione.

- 67 Iuste damnatus ad mortem data opportunitate ad fugam tute amore iustitiae in carcere permanet, Bene sect. 4. nu. 7. Les. d. lib. 2. cap. 9. dub. 6. nu. 28. Nauarr. d. cap. 3. num. 75. Tabien. verbo, accusatio, num. 10. Simanc. de Catholic. institut. lib. 1. tit. 18. nu. 30. Sor. d. lib. 5. quæst. 6. art. 4. vers. In eadem solutione, Sanch. d. cap. 4. dub. 13. num. 2. vbi alij. Remig. qui cōmunem dicit. d. tract. 2. cap. 4. §. vlt. nu. 6. Quamuis contrarium taceatur Victoria supr. num. 29.

Verf. Septimo his animaduertit.

- 68 Sequitur Sanch. vbi proximè, nu. 4. sed limitat, quando ob aliquem finem iustum tenet fugere mortem in nocens, ut Martyres saepe fecerunt, actus enim permanendi in vinculis directo non tendit in mortem, atque ita ex iusta causa potest fieri licite, & si mors ex eo iniusta sequatur.

Verf. Nono subinde aperitur.

- 69 Adde Lug. d. disp. 10. à num. 56. vbi de milite exponenti se periculo, in quo se petiturum, certo scit, Remig. d. capit. 10. §. 3. num. 2. Dian. eod. tract. 4. resol. 26. Sylui. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4.

qui agunt de comburente nauim, ne ad hostem perueniat, in qua & ipse est periturus.

Verf. Decimo, res ad propriam.

Iuste captus, & ad mortem damnatus, si præstito iuramento de redeundo laxatur, vel sola fide data reuertendi obligationem contrahit, & nisi redeat, peccati lethalis reuserit, Lugo tom. 2. disp. 40. sect. 4. n. 48. Angel. in summ. verbo, carcer. num. 4. Armilla verbo, accusatio, num. 20. & verbo, iuramentum, num. 13. Tabiena verbo, accusatio, num. 10. & verbo, carcer, num. 21. Lud. Lopez supr. lib. 1. cap. 42. Sanch. d. cap. 4. dub. 16. nu. 1. & alij communiter, pro qua sententia sunt etiam omnes laudati supra sentientes iuramentum de reditu ad carcerem obligare etiam iniuste detentū, mortemque iniustam timetem, nam à fortiori hoc ipsum in damnato, vel carcerato iuste defendere.

Verf. In secunda proposita quaestione.

In vinculis publicis detentus siue iuste, siue iniuste fugere tuta conscientia potest. Est omnium fere communis resolutio, Gutier. d. cap. 24. à num. 4. Bene supr. nu. 1. 2. Ceual. q. 575. tom. 1. Les. d. lib. 2. cap. 31. dubit. 5. Lara in 1. si quis à liberis, §. sed verum, nu. 24. ff. de agnoscent. liber. Dian. p. 3. tract. 5. resolut. 103. vers. Notandum secundo, Menoch. de arbitrat. lib. 2. cas. 301. num. 15. Remig. d. cap. 4. §. 20. per totum, Padilla in l. transigere, n. 4. C. de transact. Pellizzari. supr. tom. 1. tract. 5. cap. 7. numer. 29. Did. Perez in 1. tit. 4. libr. 3. ordin. pag. 545. Aragon.

B 1 gon.



gon. 2. 2. quæst. 69. art. 4. controuerf. 2. conclus. 1. Iul. Clar. recepat. lib. 3. S. fin. q. 2. 1. num. 2. Sanch. pluribus iudicatis d. cap. 4. dub. 7. num. 2. vbi contrarium improbable dicit, & num. 5. addit, procedere, etiam si iudex expresse præcipiat reo, ne custodiam euadat. Imò & qui poenam duntaxat peccatiariam sustenturus est, vel pro debitis civilibus carceratur, fugere sine peccato potest, modo per hoc suos creditores fraudare non intendat, cum soluere possit, Sanch. dub. 8. in fin. Lugo d. disp. 10. nu. 4. 2. Remig. vbi proxime, num. 4. qui. num. 2. recte admonet, captum grauius peccare fugiendo, si ex detentione in vinculis parum incommodi patiat, & ex fuga custodi, vel alijs maximum detrimentum sit euenturum, quod prædixerat, Lef. d. dub. 3. num. 3. 1.

72 Præfata generalis doctrina limitatoris religioso, qui à suo præfato incarere iuste detinetur, nam fugere non poterit propter obedientiæ vinculum Sanch. d. cap. 4. dub. 11. Caietan. 2. 2. q. 96. art. 4. ad 2. dubit. vltim. Bene d. dubit. 23. sect. 4. num. 4. Remig. d. §. 20. n. 3. Salced. ad Bern. Diaz in prax. crimin. cap. 13. 7. lit. B. Nauarr. in d. capit. statuimus, num. 63. Tamen, si vel carcer sit acerbus, & alienus à charitate Christiana, vel carceratus timeat mortis, mutilationis, aut atrocis cruciatus poenam, fugere licite poterit, nam & si per professionem priuetur libertate naturali ad fugiendum, non ideo ius amisit ad vitam, corpusque tuendum, Sanch. Nauarr. Remig. Salzed. vbi proxime, Pellizzar. tom. 2. tract. 9. cap. 3. num. 72. Vbi, quod si damnetur ad perpetuum carcerem, fugere nequit, imò excommunicatio-

nem vt apostata incurrit. Portell. de dub. regul. verbo carcer.

Ibi: *Ex hoc tamen non arbitror.*

73 Serui etiam bello iusto capti licite possunt fugere ad suos, vel in aliam prouinciam, in qua publico nomine tu ti sint, ac libertate potiuntur, Lef. d. lib. 2. cap. 5. dub. 5. Lugo supr. tom. 1. disp. 6. lect. 3. Pat. Valq. 1. 2. tom. 2. disp. 174. cap. 1. num. 8. Valer. de different. inter vtrumque for. verbo, peccatum, different. 5. August. Barb. cum multis in collectan. ad cap. ius gentium, nu. 10. 1. distinct. Sanch. supr. lib. 1. cap. 1. dub. 7. num. 5. Fagund. de iust. & iur. lib. 2. cap. 2. nu. 11. Diana part. 7. tract. 7. resol. 10. vbi docet, idem dicendum de prole ex eis apud dominos edita, Menchaca controuerf. vsufrequent. lib. 1. cap. 10. num. 52. & alij apud Sanch. dub. 6. num. 5. & num. 4. contrariū sentientes recenset. Quæ sententia limitator, cum seruus promiserit, se non fugiturum, Sanch. cum alijs, nu. 6. Diana d. resol. 10. Illi vero serui si commorentur fugitiui, vbi à domino capi iure possunt, quia adhuc in seruitute permanent, cum sui ipsorum furtum faciant, lechaliter peccant, vt præfati DD. præmittunt. Sanch. d. dub. 7. nu. 1. Nauarr. cap. 1. num. 200. 201. Azor institut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 34. q. 3. Azeued. in rubric. tit. 1. num. 26. lib. 2. Recopilat. Nauarr. in manual. capit. 17. num. 103. Molin. de iust. & iur. tract. 1. disput. 37.

Num. 111

74 Fugiens è carcere non peccat, licet ex fuga commentationis detrimentum

tum patiat, nec ei damnum tenetur refarcire, cuius negligentia id imputandum est, facit l. quod quisque ex culpa 204. ff. de reg. iur. Lugo d. disp. 40. sect. 4. n. 46. Becan. de iust. & iur. in q. 69. D. Thom. q. 4. Dian. p. 3. tract. 5. resol. 102. verl. Notandum secundo, & verl. Notandum quarto, & part. 9. tract. 9. resol. 43. Sor. d. lib. 5. q. 6. art. 4. verl. An verò, Sanch. d. cap. 4. dub. 7. num. 4. Gutier. d. cap. 24. n. 7. Bened. sect. 4. num. 10. Menoch. d. cal. 301. nu. 15. Quod verum est, siue iuste, siue iniuste in vinculis detineatur. Est tamen hæc resolutio limitanda, vbi fugiens leue damnum pateretur manendo in carcere, & custodi maximum ob fugam immineret, vt notauimus cum Lefcio, & Remigio supr. anm. 71. in fin. nam contra charitatem grauius peccabit.

Ibi: *Nec ex ea fuga esse presumendum.*

75 Qui inueniens ostiū carceris apertum euasit, lateri delictum non censetur, pro quo captus est, Marfil. in prax. crimin. §. attiogam, num. 37. 45. vbi plures allegat. Menoch. d. libr. 2. cal. 301. num. 2. qui notant, aliqualem suspicionem ex ea fuga in euasorem oriri, poenæque arbitraria punitur, Menoch. ibidem Boer. decil. 215. num. 13. 15. 21. Ant. Gom. variar. libr. 3. cap. 9. num. 11. Gutier. supr. nu. 6. Mascard. de probat. tom. 2. concl. 820. num. 5. Corn. conf. 105. Felin. in cap. nullus, nu. 4. de præsumpt. Socin. in tract. fallent. reg. 162. fallent. vltim. Licet qui fractis carceribus fugit pro confesso habeatur, poenamque ordinariam delicti sustineat, Menoch. nu. 5. vbi cum multis probat, etiam vltimo, supplicio

76

77 afficiendum propter effractionem, Pat. in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 2. a nu. n. 7. Iul. Clar. in prax. §. fin. q. 21. verl. Tertio autem, Mascard. concl. 266. tom. 1. Aliquando qui carcerem euadit impunitus reliquitur omniter, seclusa fractione, vt si non multa mora interueniente, vltro reuertatur, quia nec fugisse videtur, argumentol. 3. ff. de diuort. Bald. in l. 1. C. de seru. fugitiu. & alij, quos refert, & sequitur Parlador. different. §1. §1. num. 2. & communem opinionem esse, testis est Iul. Clar. d. quæst. 21. num. 28. Aut si notorie iniuste captus similiter sine violentia fugerit, Menoch. nu. 14. Paris de Puteo in tract. de syndicat. §. carceri, Ripa in l. ad monendi, num. 171. ff. de iure iur. Et si hi ita doceant etiã infra gente carcerem.

78 Prædicta differentia inter fugientem sine fractione carceris, aut cum illa solum in foro externo procedit, nam in animæ iudicio, cum licitū est, fugere, eodem modo absque peccato fores, ac vincula ad fugam captus rumpere potest, cui enim finis concessus est, media ad illum necessaria cōcedi debent, argumento, l. illud 76. ff. de acquir. hæredit. Bene cum alijs, d. lect. 4. num. 3. Alioqui nunquam, vel rarissimè posset captus euadere, cum vigilatissimè vincti custodiantur.

Num. 12.

79 Hæc assertio communis, et ab omnibus admittitur, eamque sine distinctione, an iuste damnatus sit, nec ne probant Sanch. dub. 9. nu. 2. Gutier. d. cap. 24. nu. 8. 9. Nauarr. in manuali, cap. 17. num. 102. Lef. d. lib. 2. cap. 31. dub. 5. nu. 3. Lugo d. disp. 40. lect. 4.

NUM.

num. 44. Remig. d. §. 20. nu. 2. Diana par. 3. tract. 3. resolut. 102. §. notandum secundo, Villalobos in summ. tom. 1. cap. 16. difficult. 11. num. 14. Bene ubi proxime, Pat. Suar. de legib. lib. 5. cap. 10. num. 16. Simanc. de Catholic. institut. cap. 16. nu. 28. vltra quos ad res istam videnti sunt, quos congescit Barbof. in collect. ad cap. nullus, tit. 4. de presumpt. & generaliter quoties fugere peccatum non est, vincula, carceremque frangere licet, Bene supra, Sanch. d. nu. 2. Remigi. ubi proxime, nisi vt hic aduertit, & diximus iam, damnatum ex fractione ingens alijs imminuat, & capti parum, aut nihil intersit euadere, nam a peccato non excusabitur.

Num. 13.

30 Innocens iuste ex actorum probationibus damnatus occidere custodem, aut alium iustitiae ministrum licite non potest, & si alias mortem euasurus non sit, sed recte ab eis defenditur, se conferendo in locum munitum, ipsosque terrore, ac manibus repellendo. At si iniuste contra iustitiam damnetur, vitam tuam quomodolibet, fas erit, nam tunc iudici, eiusque ministris, vt priuatis resistit, videantur Sanch. dub. 17. Lugo d. l. c. 4. num. 38. Gutier. nu. 2. 38. Sor. lib. 9. tit. 6. art. 4. post principium, Menoch. d. caf. 301. nu. 15. Tabirna verbo, accusatio, num. 10. Cast. de leg. par. 1. lib. 1. cap. 5. fol. 1562. Boer. d. decis. 215. nu. 32. Viguer. lib. institut. cap. 5. §. 2. vers. Sexto, D. Larrea allegat. 114. num. 4. 28. D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 19. §. 6. Quod procedit, cum aliter iniuste damnatus poenam subterfugere non valet. Sed si ex defensione maximum oriretur scan-

dalum, per quod pax publica turbaretur contra commune bonum, resistere, aut occidere ministros non licet, Sanch. nu. 1. Nam pro bono communi potest, ac debet innocens vitam amittere, Tanner. tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 5. nu. 54. Dian. d. par. 5. tract. 4. resolut. 23.

Ibi: Ex quibus etiam id constat.

Detentus in carcere iniuste notorie impune vinculis, & carcere fractis fugit, nec pro confessio habetur, Gutier. n. 36. Menoch. n. 14. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 2. n. 4. Paris de Puteo in tract. de syndicat. §. carcerem, lul. Clar. in d. §. fin. q. 21. nu. 26. 27. Duenas regul. 393. limitat. 4. Auiles cap. 18. preter. glos. carceres, num. 41. & est communis, teste Roland. a Valle conf. 7. nu. 47. lib. 1. mo. culibet hunc absque fractione carceris eripere permittitur Menoch. nu. 24. Paz ubi proxime, lason in l. 3. §. quod prator, col. 3. ff. de quis eum, qui. lul. Clar. quzst. 28. nu. 4. Quamuis Menoch. Bart. in tract. de carceribus, nu. 17. Alexand. io l. 1. §. ite si quis, in fine, ff. ne quis eu. allerat, licet re culibet, frangere carcerem, vt innocentem notorium eximat, quod verum erit in vxore, patre, vel alijs similibus, qui poenam non merentur, Parlador. d. different. 51. §. 1. num. 4. his enim quasi propriu sanguine qualiter redimere, permittit du est l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. & quz ob affectionem sanguinis committuntur, venia sunt digna, l. 4. §. fin. vbi glos. verbo, parentum, ff. de re militar.

Sed si innocens aliquis vere sit, tamen iuste in vinculis ob indicia, vel presumptiones retineatur, & antequam

de

de innocentia constet, carcerem frerit ad fugam, probata innocentia (quod admittitur aduersus fictam confessionem resultantem ex fuga) mitius punietur iudicis arbitrio propter fictionem, quam si nocens fugisset, Anton. Gom. d. cap. 9. nu. 11. de quo Farinac. late, tom. 1. crimin. tit. 4. de carcerib. q. 30. a num. 7. Fachin. controuerf. lib. 9. cap. 69. lul. Clar. d. q. 21. vers. Tertio autem modo, Menoch. de presumpt. lib. 1. q. 89. num. 49. Bouadill. in sua politic. tom. 2. lib. 3. cap. 15. nu. 111. Qui cum Gomezio ubi nuper docet, non esse sic fugienti imponendam ordinariam poenam delicti, pro quo est carceratus, nisi alias probetur quibus communiter contrarium doceant DD. maxime ubi conspiratio intercessit, potest enim quis fugere etiam pro timore, non ob conscientiam et iminis, sed ob dubium iudicij euentum. Sic Alciabides omnis culpa expert noluit vocatus ab Atheniensibus in iudicio comparere aiens, nec suz genitrici iudicanti se crediturum, cum facile possint iudices falli nigrum pro albo calculo mittentes, & tandem in absentia reus mortis iudicatus est, vt Plutarch. refert in eius vita, quo exemplo in hanc rem vsi sunt, Bouadill. supr. & Gutier. d. cap. 24. num. 6.

Num. 14.

35 Quamuis licitum non sit iuste damnato, vel carcerato, vim inferre ministris iustitiae, vel custodi ad fugam, sine peccato carcerem frangit, vinculaque rumpit, vt est receptissimu, imo & commentariensem ipsum, si impediatur exitum secum portare inuitum potest, Gutier. num. 8. vers. nihilominus, cum

num. seqq. Lugo d. disp. 40. a nu. 41. Sanch. eod. cap. 4. dub. 7. num. 2. 6. & plurimi adducti nuper num. 79. Sed si se apprehendentes in terram sine licentia, vt liberetur, prosternat, aut custodem dormientem alliget, venialiter peccabit, Diana d. resol. 102. vers. Notandum est tamen. Et sic fagiens si in ecclesiam se recipiat, Ecclesiastica gaudeat immunitate, Paz d. cap. 3. §. 3. nu. 41. 42. Boer. decis. 110. col. penult. Casane. in consuetudinib. Burgundiz rubric. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, nu. 116. lul. Clar. receptar. lib. 5. §. fin. q. 30. num. 19.

Ibi: Primum, ex ipso Caietano constare;

Effringens carcerem, vt fugiat, siue iuste, siue iniuste sit captus, tenetur ad resarciendum damnum parietis perforati, aut vinculorum ruptorum, non vero ad illud, quod alias occasione fugz commentariensis, reipublicz, vel alijs contigerit. Videantur Dian. par. 9. tract. 9. resol. 43. Tanner. 2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 5. num. 104. Gutier. d. vers. Nihilominus, Sor. d. lib. 5. q. 6. art. 4. vers. Sed arguis, Viguer. supr. cap. 5. §. 2. vers. 6. Sanch. dub. 9. in fine, & alij communiter.

Ibi: Tertio ipse potius Henrico Gandavensi.

37 His argumentis respondendum est cum Gutier. num. 13. Lugo num. 45. 47. Becano ubi supr. & alijs. Ad primum leges iuris communis, & regiam (quz est 7. tit. 26. lib. 8. Recopil.) ita tuentes, vt fugiens a carcere pro confessio habeatur, & alias poenas sustineat procedere in foro exteriori, & iustissimi-

mas

mas quidem esse ad vitanda damna, & sceleratum, quod ex fractione carceris, ac carceratorum fuga solent evadere in maximum Reipublicæ, & aliorum detrimentum, ille tamen in conscientia, non obligat, quia poenales sunt, quæ in foro animæ non ligant, Navarr. in manual. cap. 25. num. 55. Valenc. tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. vers. *Ateru*, Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 4. Filicchi, tract. 21. num. 420. Reginald. lib. 5. num. 50. Pellizzari, tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 543. Diana part. 1. tract. 10. resol. 17. unde non recte infertur, leges quæ puniunt carceris effractores sunt iustæ, ergo peccant, qui carceres frangunt, omnes enim leges poenales sunt iustæ, cap. erit autem lex. 4. dist. tamen non peccant facientes, quod illæ prohibent.

89 Ad secundum satis fit similiter, quia non bene sequitur, licet reo frangere carcerem, igitur non obligatur ad damnum datum in hostio, vel vinculis, carceris quæ pariete, siquidem hoc poena non est, sed illati detrimenti reparationis. Sic & si Respublica ius habeat ad auferendam civi domum ob bonum commune, pretium solvere omnino debet, l. 2. tit. 1. p. 2. Gail. observat. lib. 2. observat. 56. num. 8. Mattioli. de magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 30. Morli. in 4. imp. jur. p. 1. tit. 2. q. 1. num. 8. Nouar. de gravaminib. vallallor. tom. 1. gravam. 23. num. 5. cum seqq. Hermol. lib. 3. gloss. 2. p. 1. Noquet. alleg. 12. numer. 69. Sic quæ, ut hostis, evadit per prata aliena transit, iure id facit, tamen damnum legibus illatum tenetur restituere, similiter igitur, qui necesse habet parietem carceris tumpere, ut liberetur, licet det operam rei licitæ, non ideo relegatur ab onere re-

ficiendi, quod destruxit, aut perforavit, Lugo ubi proxime.

Ibi etiam verò duo addenda sunt.

90 Vt cooperatio ad fugam carceris, quæ effractionem licite fiat, nonnulla sunt observanda, quæ recepit Sanch. dub. 10. num. 2. & si regulariter possit quis vinculo consulere, ac sine violentia iuvare, ut euadat, Sanch. ibidem Diana, d. resol. 102. Valenc. tom. 4. disp. 5. q. 13. punct. 4. Navarr. d. cap. 25. num. 38. Dried. de libert. Christian. lib. 1. fol. 226. Corduba supra quæst. 195. Gutierr. à num. 15. Remigi. d. 5. 20. num. 2. Malder. supr. tract. 6. cap. 3. dub. 7. & alij communiter. Ministri verò iustitiæ, quibus incumbit ex officio publicam tueri potestatem, nullo modo possunt fugæ delinquentis cooperari, Sanch. Remigi. Gutierr. Scalij ubi proxime Lugo, n. 55. cum seqq. Becan. supr. q. 6. n. 1.

91 Nulli permittitur vincula, vel carcerem frangere, ut alius fugiat, Sanch. n. 3. ubi alij Gutierr. & omnes proxime allegati, Bene d. sect. 4. n. 9. estque omnium certa conclusio. Illud autem maxime dubitatur, num liceat vinculo instrumenta ad frangendum carcerem ministrare? Negant Gutierr. numer. 16. vers. Dominicus verò Sot. d. att. 4. vers. Verum tamen ex his, Valenc. ubi supra, Navarr. d. cap. 25. n. 38. & alij, affirmant, Diana, Malder. Remigi. ubi proxime, Sanch. n. 5. Bene, n. 8. Bonacina tom. 2. tract. de legib. disp. 10. q. 3. punct. 2. num. 19. & plures ab his laudati, quorum opinio magis communis est. An verò ob debita carceratum possit quis iuvare ad fugam, & ad quid teneatur, docet Sanch. d. dubia d. n. 6.

Quod

92 Quod autem dictum est, nemini licere, publicam custodiam violare, ut alter effugiat, limitat Bene d. sect. 4. n. 9. in seruo, qui iussu domini carcerati licite rumpit parietem, vel ostium carceris. Præterea potest limitari in patre, filio, & vxore, nam huiusmodi personis propter strictam sanguinis, & dilectionis coniunctionem, non videtur illicitum, carcerem frangere, ut captum eripiant, quod in foro exteriori concessit aliquando Parladori supr. n.

93 4. Patrem enim cum filio vna, eademque persona existimatur, l. in suis l. ff. de libert. & posth. l. fin. C. de impuber. & alij. Imò magis in filio, quam in seipso pater patitur, l. isti quidem 2. §. fin. ff. quod met. caus. nec charior est parentibus propria vita, quam liberorum, sic latius Pacat. in panegyrico ad Theodosium inquit: *Instituentis natura plus fere filios, quam nosmet ipsos diligimus*, & latè proseguitur Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 56.

95 à num. 4. Unde obtinuit in praxi, ut si pater, & filius pro eodem facinore sint torquendi, prius filius in conspectu genitoris crucietur, Menoch. ubi proxime, n. 5. Tiraquell. in l. si vnquam in præf. num. 7. C. de revocand. donationib. Paz in præf. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. Pacian pluribus laudatis, de probat. lib. 2. cap. 13. n. 44. cum seqq. qui patris amoris egregium adducit exemplum. Nam Balbus cum à Triumviris esset proscriptus, in locum tutum fugit, quò rumor falsus peruenit, quod filius suus erat captus, mox tunc tradendus, quo audito, ut eum liberaret, se militibus obiecit occidendum. Inuicem etiam liberorum erga parentes pretas quanta sit, probat, & exemplis illustrat, Menoch. præf. 57. per totam

97 Similiter vir, & vxor vna sunt caro, ut in quos tanta est dilectionis vis, ut propter coniugem parentes relinquatur, Genes. cap. 2. Mathæi cap. 19. l. 1. §. si quis filium, ff. de lib. hom. exhibend. l. si id quod 29. §. si quis serui, ff. de donat. inter. Imò viris vxores chariores esse, quàm filios, scripsere, Barr. in l. pater Severinæ, §. socrus, ff. de cōdit. & demonstr. Menoch. lib. 4. præf. 89. num. 61. in fine, & num. 62. Ex quibus dicendum videtur, quod quemadmodum non peccant, qui frangunt carcerem, ut ipsi euadant, ita etiam præfatis personis licebit, idem facere ad eos liberandos, quos non minus, quam se dilectos habent, nec alium, sed se ipsum à carcere liberat, qui filij, aut vxoris fugam procurat, propter identitatem personarum, de qua Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 6. à n. 63.

Ibi: Secundo, animaduertendum est.

98 Quod damnatus, ut in vinculis sit in poenam delicti, non potest fugere etiam absque carceris fractione, est magis communis resolutio, sed aliqui doctissimi Iuniores distinguunt inter carcerem valde strictum, & incommo- dum, & inter non ita acerbum, ut à primo liceat, non sic à secundo fugere. Et quid si carcer sit perpetuus, vel si ad triremes quis damnetur. Videas Sanch. d. cap. 4. dub. 12. & 13. & Bonacin. ubi nuper num. 14. Lugo d. disp. 40. n. 32. Gutierr. d. cap. 24. n. 17.

99 Vtrum carceris perpetui poena possit imponi? Tractant Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 89. Salced. ad Bernar. Diaz in præf. cap. 139. Bobadill. in po- litic. lib. 3. cap. 15. à n. 7. Fr. Emman. quaest. regular. tom. 2. q. 22. art. 4. &

pro

pro grauissimis sceleribus posse quā ad carcerem perpetuum con demnari, verius est. Sed temporalis detentio in vinculis publicis pro pœna apud nos sapientissime stabilita, s. tit. 4. lib. 8. Recopil. coercetur pœna carceris pro vno mense, qui verba quædam ibi expressa in Deum, vel Beatam Virginem eius Genetricem protulerit. L. 2. tit. 7. eod. lib. sic plectuntur ludis prohibitis vctos, si in bonis non habeant, vnde pœnam pecuniariam pendant. L. 1. tit. 10. eod. lib. filij iniuriantes verbaliter parentes in carcere detineri iubentur, & alijs pluribus legibus eadem pœna interrogatur, Bouacill. sup. n. 8.

Verf. Quarto ex principali.

- 102 Imò, & hoc casu vim licet inferre possessori ex communi Theologorum, sententia videndus Lugo tom. 1. disp. 10. sect. 9. n. 181. cum sequentibus.
- 103 Vbi respondet ad l. si quis in tantam, C. vnde vi, & similes prohibentes, propria auctoritate res suas aliquem occupare, eas nisi pœsumptione, quod scilicet semper potest per legitimam iurisdictionem potestatem vnusquisque ius suum consequi, qua pœsumptione cessante, ubi in contrarium est veritas, non obligat earum constitutionum prohibitio in conscientia, vt regulare est in omnibus legibus, quæ in pœsumptione fundantur, Gutierrez. canonizat. q. lib. 2. c. 27. n. 11. Thom. del Bene de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 8. dicit. 15. num. 7. D. Couarr. in cap. cum elles, nam. 16. de testament. late Menoch. de pœsumpt. lib. 1. q. 80. à princ. Molin. de iust. disp. 404. n. 9. Pat. Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 163. cap. 2. n. 8. Pati. Suar. de legib. lib. 3. cap. 23.

Num. 15.

Multi concedunt, posse quem rem propriam, vel sibi in specie debitam clam capere, & si iudicialiter agere ad illam non sit impeditus, & saltem à cuius lethali capientem excusant, quia nõ est adeò graue, illum iuris ordinem pervertere, de quo in l. non est singulis, ff. de reg. iur. Ita Dian. 1. tom. tract. 2. miscellan. resol. 48. Lug. d. tom. 1. disp. 16. sect. 5. n. 91. apud quos Mol. Villalob. & alij, quod forsitan admittunt propter expensas, & iudicij dubium euentum, l. quod debetur, s. ff. de pecul. Suntque, qui ita lites exercitant, vt malint propria re catere, quam litigare, l. 4. §. potest etiã, verf. Non tamen; ff. de alienat. iud.

De tribus sequentibus illationibus agit Lugo d. sect. 5. quæ ab omnibus communiter recipiuntur.

Verf. Quinto, vt & hoc.

Aduersus D. Couarr. est communis opinio, modo res æstimatione digna sit, docet Lugo ex pluribus d. sect. 9. n. 181. Vim autem inferre, non licet debitori ad debitum soluendum, nisi res ipsa creditoris ab illo iniuste detineatur, idem d. disp. 16. sect. 6. n. 133.

Num. 16.

Simulatione vti posse, ac debere iudicem prudenter alijs etiam exemplis comprobatur Bouad. lib. 2. cap. 5. num. 34. & cap. 21. n. 153. tenent Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 35. in princ. Plaza in epitom. delictor. lib. 2. cap. 37. Villadiego cap. 3. n. 225. Farinac. q. 81. ex n. 276. vbi late de simulationibus, quibus

bus iudices vti solent Barbos. in collect. ad cap. afferte, de pœsumpt. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. n. 3.

Verf. Similiter ex hoc oriuntur.

- 108 An ex confessione rei emissa propter impunitatem à iudice promissam possit sequi condemnatio? docent Anton. Gom. variar. libr. 3. cap. 12. num. 6. Fachin. controuers. libr. 9. cap. 61. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 367. vbi varias refert sententias, Petr. Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 3. numer. 246. Sanch. & Villadiego vbi proxime, Bobad. lib. 3. cap. 13. num. 10. cum sequentibus, & æquius, ac verius est, non posse; nam fides delinquentibus est seruanda, Ceual. tom. 1. quæst. 292. vbi alij.

- 109 In illa quæstione, an iudex, qui impunitate promissa, suavit reo in Ecclesia existenti, vt ab ea exiret communitet sequuntur DD. distinctionem D. Couarr. in pœsenti, Ant. Gom. supr. num. 7. Sanch. cons. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12. & vltra supr. laudatos auctores alij, quos adducit Bobad. dict. cap. 13. numer. 17. in gloss. lit. I. Thom. del Bene tom. 2. cap. 16. dub. 24. numer. 13. Ceual. supr. qui testatur de praxi, & quid si reus non dolo iudicis, sed alterius ab Ecclesia recedat. Bene supr. numer. 14. 15. qui distinguit, an iudex particeps fuerit fraudis, vel non.

## AD CAPVTI Tertium.

### SVMMARIVM:

- 1 DD. materiam tractantes referuntur.
- 2 Verbum, restituere, in sententia positum, quando fructus continet.
- 3 Fructibus petitis cum re, qui iudicis officio debentur, si res restitui iubetur, reus censetur à fructibus absolutus.
- 4 Miorni an sit, restitutione in integrum concessa, res restituenda cum fructibus?
- 5 Intelligitur cap. ad nostram, de reb. Eccles.
- 6 Prudum est beneficium, quod propter officium conceditur.
- 7 Creditor dominus directus rei sibi in pignus data suos fructus ex ea perceptos facit.
- 8 Impugnatur interpretatio ab alijs quibus tradita ad dict. cap. ad nostram.
- 9 Bonam fidem habet, qui scit, rem à se per restitutionem in integrum auferri posse.
- 10 Fructus alij naturales, & industriales alij.
- 11 Communis diuisio fructuum.
- 12 Alia fructuum diuisio.
- 13 De differentia, ac natura fructuum, remissive.
- 14 Fructus civiles proprie fructus non sunt.
- 15 Iudicis arbitrio relinquuntur, qui sine fructus naturales, qui industriales.
- 16 In dubio fructus naturales potius

D  
tius

pro grauisimis sceleribus posse quā ad carcerem perpetuum con demnari, verius est. Sed temporalis detentio in vinculis publicis pro pœna apud nos sapientissime stabilita, s. tit. 4. lib. 8. Recopil. coercetur pœna carceris pro vno mense, qui verba quædam ibi expressa in Deum, vel Beatam Virginem eius Genetricem protulerit. L. 2. tit. 7. eod. lib. sic plectuntur ludis prohibitis vctos, si in bonis non habeant, vnde pœnam pecuniariam pendant. L. 1. tit. 10. eod. lib. filij iniuriantes verbaliter parentes in carcere detineri iubentur, & alijs pluribus legibus eadem pœna interrogatur, Bouacill. sup. n. 8.

Verf. Quarto ex principali.

- 102 Imò, & hoc casu vim licet inferre possessori ex communi Theologorum, sententia videndus Lugo tom. 1. disp. 10. sect. 9. n. 181. cum sequentibus.
- 103 Vbi respondet ad l. si quis in tantam, C. vnde vi, & similes prohibentes, propria auctoritate res suas aliquem occupare, eas nisi pœsumptione, quod scilicet semper potest per legitimam iurisdictionem potestatem vnusquisque ius suum consequi, qua pœsumptione cessante, ubi in contrarium est veritas, non obligat earum constitutionum prohibitio in conscientia, vt regulare est in omnibus legibus, quæ in pœsumptione fundantur, Gutierrez. canonizat. q. lib. 2. c. 27. n. 11. Thom. del Bene de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 8. dicit. 15. num. 7. D. Couarr. in cap. cum elles, nam. 16. de testament. late Menoch. de pœsumpt. lib. 1. q. 80. à princ. Molin. de iust. disp. 404. n. 9. Pat. Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 163. cap. 2. n. 8. Pati. Suar. de legib. lib. 3. cap. 23.

Num. 15.

Multi concedunt, posse quem rem propriam, vel sibi in specie debitam clam capere, & si iudicialiter agere ad illam non sit impeditus, & saltem à cuius lethali capientem excusant, quia nõ est adeò graue, illum iuris ordinem pervertere, de quo in l. non est singulis, ff. de reg. iur. Ita Dian. 1. tom. tract. 2. miscellan. resol. 48. Lug. d. tom. 1. disp. 16. sect. 5. n. 91. apud quos Mol. Villalob. & alij, quod forsitan admittunt propter expensas, & iudicij dubium euentum, l. quod debetur, s. ff. de pecul. Suntque, qui ita lites exercitant, vt malint propria re catere, quam litigare, l. 4. §. potest etiã, verf. Non tamen; ff. de alienat. iud.

De tribus sequentibus illationibus agit Lugo d. sect. 5. quæ ab omnibus communiter recipiuntur.

Verf. Quinto, vt & hoc.

Aduersus D. Couarr. est communis opinio, modo res æstimatione digna sit, docet Lugo ex pluribus d. sect. 9. n. 181. Vim autem inferre, non licet debitori ad debitum soluendum, nisi res ipsa creditoris ab illo iniuste detineatur, idem d. disp. 16. sect. 6. n. 133.

Num. 16.

Simulatione vti posse, ac debere iudicem prudenter alijs etiam exemplis comprobatur Bouad. lib. 2. cap. 5. num. 34. & cap. 21. n. 153. tenent Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 35. in princ. Plaza in epitom. delictor. lib. 2. cap. 37. Villadiego cap. 3. n. 225. Farinac. q. 81. ex n. 276. vbi late de simulationibus, quibus

bus iudices vti solent Barbos. in collect. ad cap. afferte, de pœsumpt. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. n. 3.

Verf. Similiter ex hoc oriuntur.

- 108 An ex confessione rei emissa propter impunitatem à iudice promissam possit sequi condemnatio? docent Anton. Gom. variar. libr. 3. cap. 12. num. 6. Fachin. controuers. libr. 9. cap. 61. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 367. vbi varias refert sententias, Petr. Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 3. numer. 246. Sanch. & Villadiego vbi proxime, Bobad. lib. 3. cap. 13. num. 10. cum sequentibus, & æquius, ac verius est, non posse; nam fides delinquentibus est seruanda, Ceual. tom. 1. quæst. 292. vbi alij.

- 109 In illa quæstione, an iudex, qui impunitate promissa, suavit reo in Ecclesia existenti, vt ab ea exiret communitet sequuntur DD. distinctionem D. Couarr. in pœsenti, Ant. Gom. supr. num. 7. Sanch. cons. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12. & vltra supr. laudatos auctores alij, quos adducit Bobad. dict. cap. 13. numer. 17. in gloss. lit. I. Thom. del Bene tom. 2. cap. 16. dub. 24. numer. 13. Ceual. supr. qui testatur de praxi, & quid si reus non dolo iudicis, sed alterius ab Ecclesia recedat. Bene supr. numer. 14. 15. qui distinguit, an iudex particeps fuerit fraudis, vel non.

## AD CAPVTI Tertium.

### SVMMARIVM:

- 1 DD. materiam tractantes referuntur.
- 2 Verbum, restituere, in sententia positum, quando fructus continet.
- 3 Fructibus petitis cum re, qui iudicis officio debentur, si res restitui iubetur, reus censetur à fructibus absolutus.
- 4 Miorni an sit, restitutione in integrum concessa, res restituenda cum fructibus?
- 5 Intelligitur cap. ad nostram, de reb. Eccles.
- 6 Prudum est beneficium, quod propter officium conceditur.
- 7 Creditor dominus directus rei sibi in pignus data suos fructus ex ea perceptos facit.
- 8 Impugnatur interpretatio ab aliquibus tradita ad dict. cap. ad nostram.
- 9 Bonam fidem habet, qui scit, rem à se per restitutionem in integrum auferri posse.
- 10 Fructus alij naturales, & industriales alij.
- 11 Communis diuisio fructuum.
- 12 Alia fructuum diuisio.
- 13 De differentia, ac natura fructuum, remissive.
- 14 Fructus civiles proprie fructus non sunt.
- 15 Iudicis arbitrio relinquuntur, qui sine fructus naturales, qui industriales.
- 16 In dubio fructus naturales potius

D  
tius

- cuius censendi sunt, quam industriale.
- 17 Fructus naturales non queruntur bona fidei possessori etiam cum titulo.
- 18 Fructus naturales sunt bone fidei possessori etiam sine titulo, maxime non sumpti.
- 19 Fructus omnes indistincte antequam contestatam percepti pertinent ad possessorem bone fidei.
- 20 Fructus naturales acquiruntur bone fidei possessori cum titulo, sed eos tenetur restituere, ex quibus locupletior factus est.
- 21 Fructus consumpti videntur extarre, ex quibus possessor locupletior effectus est.
- 22 Quando presumantur fructus consumpti.
- 23 Possessor presumitur locupletior factus ex fructibus, quos consumpsit.
- 24 Nullus proprium patrimonium iactare creditur.
- 25 Possessor bone fidei sine titulo fructus naturales suos non facit.
- 26 Possessor bone fidei fructus industriales extantes cogitur restituere.
- 27 Possessor bone fidei fructus industriales consumptos non restituit.
- 28 Conuentus principaliter propter fructus perceptos independenter à re aliqua eos restituit omnino, ex quibus locupletior inuenitur.
- 29 Conciliantur, qui bona 23. et l. bona fidei 48 ff. de acquir. rer. dom. cum aliquis sit 25. §. si ff. de usur.
- 30 Non videtur quis capere, quod alij tenetur restituere.
- 31 Fructus bona fidei possessi per triennium usurcipiuntur.
- 32 An qui fructus consumpsit ante triennium à die perceptionis, et post illud
- conuenitur, debeat restituere eos, ex quibus locupletior factus est?
- 33 Usucapio sine possessione non procedit.
- 34 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 35 Si possessor fructus usurcipiat, cessat eorum restitutio.
- 36 Res propria à domino usurcapi non potest.
- 37 Quod meum est, amplius meum fieri nequit.
- 38 Error iuris bonam fidem parit quo ad fructuum acquisitionem.
- 39 Errans in iure nec malam, nec bonam fidem censentur habere.
- 40 Errans in iure, quoties in actu resistit, suos fructus non facit.
- 41 Error non presumitur.
- 42 Presumptio cedit veritati.
- 43 Ad fructuum acquisitionem, malam fidem absesse, sufficit.
- 44 Distinctio quedam cum D. Couar. rejicitur, remissive.
- 45 Iuris, et facti errore concurrenti, bona fides oritur.
- 46 Abbas non exemptus neque bona monasterij sui alienare absque consensu Episcopi.
- 47 Abbas etiam exemptus ad alienationem rerum exiguarum debet petere licentiam ab ordinario, ubi talis fuerit consuetudo.
- 48 Vbi recepta est extraneus ambitiose de reb. Eccles. Abbas non valet alienare immobilia, aut mobilia pretiosa absque assensu Pontificis.
- 49 Que solemnitates requirantur in alienatione rerum Ecclesiasticarum, remissive.
- 50 Alienatio rei Ecclesiastica sine debita solemnitate est ipso iure nulla.

- 51 Ecclesie ob enormissimam lesionem competet post quadriennium etiam restitutio.
- 52 In restitutione in integrum ex iniustitia veniunt fructus.
- 53 Pontifex, ubi aliquid ex benignitate indulget, id exprimit, ne ius commune inducatur.
- 54 Aditur alius intellectus ad d. cap. ad nostram.
- 55 Inuenitur prelato, qui alienauit, non labitur Ecclesie quadriennium ad petendam restitutionem.
- 56 Quanta debeat esse lesio, ut restitutio in integrum concedatur.
- 57 Relinquitur iudicis arbitrio.
- 58 Iudices faciles esse non debent ad concedendam restitutionem in integrum.
- 59 Restitutio non est concedenda ob minimam lesionem.
- 60 Concedi debet ob graue detrimentum.
- 61 intelligitur, l. scio, ff. de in integ. restitut.
- 62 Etiam prudentissimi solent decipi contrahentes in exigua quantitate.
- 63 Minor lesus non restituitur, si prudenter se gerit in actu, contra quem restitui desiderat.
- 64 Non est equum, ut contractus maxime quantitatis ob leue damnum minoris rescindatur.
- 65 Ad concedendam Ecclesie restitutionem quantà desideretur lesio.
- 66 Iudicis arbitrio relinquitur.
- 67 Remedio ordinario existenti, cessat extraordinarium.
- 68 Fallit si magis pingue sit extraordinarium.
- 69 Minor restitutus ob lesionem in precio rem precise auocare non valet,
- infra num. 93.
- 70 Contrarium qui doceant.
- 71 Index tunc sequitur opinionem communiorem, quam maluerit.
- 72 Iudex licet, amplecti sententiam, quam ipse minus probabilem putet.
- 73 Agens remedio, l. 2. C. de rescindend. vendition. fructus non consequitur ante licitam contestatam perceptos.
- 74 De minimis non curat pretor.
- 75 Licetum est contrahentibus, se iniuriam decipere.
- 76 Pro re minima actio furti non datur.
- 77 Fama hominum plurimi haberi debet.
- 78 Fama est vita charior.
- 79 Damnatus furti infamia vitatur.
- 80 Vbi de peccis disputatur, benignior pars eligenda est.
- 81 Pona sunt restringende, non amplianda.
- 82 intelligitur textus in d. Gallinarum in st. de rer. diuis.
- 83 Non est idem furtum committere, et furti actione teneri.
- 84 Dolosus est, qui vel in uno numero alterum decipit.
- 85 Dolus non in quantitate, sed in facti qualitate consistit.
- 86 Pretor pro oculis equitatem semper debet habere.
- 87 Actio de dolo pro re minima non datur.
- 88 Interpretatur, l. vulgaris, ff. de furt.
- 89 Non tam verbis, quam menti legislatoris standum est.
- 90 Ecclesia enormissimo lesa usque ad triginta annos restituitur.
- 91 intellectus, l. fin. tit. fin. part. 6.

in prima parte, remissive.

92 De eiusdem legis interpretatione in secunda parte, remissive.

93 Restituens, quia casus fuit in precio, non auocat rem precie iuxta communem, vide supra, num. 69.

94 Ratio decidendi ad dict. cap. ad 7. stram, traditur.

95 Fructus feudi presumuntur aequales labori, & obsequio vassalli.

96 Vassallo omnis utilitas feudi debetur.

97 In datione in feudum locus non est, l. 2. C. de rescindend. vendit.

98 Non est proprie feudum, quod conceditur pro annua pensione.

99 In restitutione ex gratia fructus non veniunt, secus ex iustitia.

Virum fructuum ratio habeatur in restitutione in integrum, qua causa atatis fit.

**A**D rem hanc consulendi sunt, Gutier. practic. quæst. lib. 4. quæst. 69. Sforcia Oddus de restit. in integr. 1. part. quæst. 45. artic. 2. Pichard. in § extraneis, num. 53. cum sequentibus, instit. de heredum. qualic. Suid. decis. 45. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 4. C. de rescind. vendit. Morla in empor. iur. tit. 5. de in integr. restitut. 1. part. quæst. 1. num. 31. Cancer. variar. part. 2. cap. 1. à numer. 287. Molin. de iustit. & iur. disp. 575. Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 2. à num. 53. ff. de liber. & posthum.

Num. 1.

Verbum, restituere, in sententia

positum, an fructuum condemnatio, nem contineat? controuertitur, & est pro vtraque parte communis opinio, sed hæc resolutio tenenda est, quod cum ex natura actionis veniunt fructus, vt in actionibus restitutorijs, iudicijs vniuersalibus, & similibus; ex eo quod iudex restitueret, verbo vitur, res cum fructibus reddi debet; secus si actio eius naturæ non sit, Castill. quotidian. libr. 3. cap. 135. numer. 20. Parlador. different. 42. num. 10. Pont. decis. 25. numer. 9. & 10. Noguerol. alleg. 8. numer. 42. late Hermol. in l. 28. tit. 5. part. 5. gloss. 2. ex numer. 95. qui à numer. 98. cum Suid. decis. 98. docet, quod si perantur fructus cum re, vbi officio iudicis debentur, & iudex restituere iubeat rem, censetur reus à fructibus absolutus, neque amplius ad eos agi poterit.

Num. 2.

Verf. Erit igitur expeditum.

**Ex DD.** in principio huius capituli laudatis constat, receptissimum esse, minori per in integrum restitutionem rem cum fructibus à die contractus perceptis fore reddendam, quibus adiungendi sunt Cyriac. controuers. tom. 2. cont. 324. numer. 77. Gamma decis. 312. numer. 1. vbi Flores de Mena, Ceual. commun. tom. 3. quæst. 763. nu. 68. Meneses in l. 2. num. 30. C. de rescind. vendit. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 7. inspect. 7. Menchaca controuers. vsufrequent. lib. 3. cap. 65. 66. Ant. Gom. Lusitan. decis. 212. Caldas in l. si curatore habes, verb. Implorare n. 13. Ali-

Aliqui nihilominus contra sentiant, Molin. numer. 4. Rebus. tom. 2. ad leg. Gallicæ rubric. de restitutionib. gloss. 1. numer. 31. atque idem Sensisse senatum Neapolitanum, testis est Francisc. Marc. quæst. 21. part. 1. restitaturque de praxi Pinell. dict. cap. 4. num. 6. qui se obtinent, die litis contestatæ fructus debent, de quo videndi sunt Gutier. & alij supra.

Num. 3.

**De interpretatione,** cap. ad notitiam, de reb. Eccles. agunt, Gutier. Pinel. Mol. Morla vbi supra, & alij, quos congerit Barbof. in collect. ad ad eum textum, & inter varios intellectus ille magis arridet, quem ex Menchaca refert Vffel. in present. Ideo enim fructus non restituntur in illa specie, quod cedunt feudatario in compensationem obsequij, quod tantquam vassallus exhibere monasterio tenebatur, quo referenda sunt illa verba Pontificis: *Cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore.* Qui nequaquam loquitur de labore fructuum percipiendorum, nam iniquum esset propter hunc possessorem vniuersos fructus lucrari, cum sufficeret, partem aliquam in mercedem ipsius relinqui, maxime cum ita fuissent vberes, vt ibi referatur, quod aduertit D. Couarru. numer. sequenti cum Costa in dict. §. & quid si tantum 2. part. numer. 75. retinet ergo omnes fructus feudatarius, quos alias restituere compelleretur propter obsequium, nam feudum est beneficium, quod ob officium datur cap. unico de vassall. milit. qui arm.

belli. deposuit. Sic dominus dicitur Et sine distinctione fructus vniuersos suos facit (licet aliqui aliud doceant) è re feudali perceptos sibi impignus à vassallo data, nec in sortem computat, quia cum interim cesses obsequium, non debent ad feudatarium pertinere, cap. 1. vbi gloss. de feud. cap. conquestus de vsur. Barbof. in collect. ad dict. cap. 1. vbi plures laudat.

Num. 4.

Verf. Secundo, profata decisio.

Intellectus hic diuinat, restringens generalia Pontificis verba, qui indistinctè decidit, fructus feudatario relinquendos, & ita textum interpretantur communiter Doctores, pro vt ex nuper allegatis apparet. Præterea expeditum non est omnino, fructus non esse minori restituendos, si consumpti sint, nec possessor ex eis fuerit locupletior factus, vt videre est apud Gutier. numer. 25. & Oddum, num. 20. & vbi lex generaliter loquitur, distinctio adhiberi non potest, l. de pretio 10. ff. de public. in rem action. Bene supra cap. 3. dubi. 12. num. 9. Thusch. lit. D. conclus. 308. August. Barbof. axiomat. 136. numer. 4. vbi multi.

Num. 5.

Bonam fidem habere, qui scit rem à se per restitutionem in integrum auferri posse, docet cum Molin. dict. disp. 575. Gutier. n. 24.

D3

Num.

Num. 6:

- 10 Hanc fructuum diuisionem in naturales, & industriales sequitur, Pinel. d. cap. 4. n. 52. Sanch. oper. moral. lib. 2. cap. 23. num. 52. apud quem Ioann. Copp. Gutierrez. Menoch. & Castiljo.
- 11 Sed communiter iuris interpretes etiam admittunt speciem fructuum, quos civiles appellant *Marefcor.* variat. lib. 1. cap. 64. n. 1. Carleual. tom. 2. tit. 3. disp. 34. n. 21. Merlib. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 53. num. 17. Escobar de ratiocin. cap. 29. num. 4. Pichard. in §. si quis a non domino, num. 7. in l. de rer. diuis. Alij aliter diuidunt fructus, in naturales, industriales, & mixtos, qui autem sint naturales, qui industriales, qui civiles, & mixti, præfati docent DD. Illud verò cõpertum est, vesturam nauis, pensiones domum, lucrum ex mercatura, &c. quæ fructus civiles nuncupantur, proprie fructus non esse, sed eorum vires gerere, l. mercedes 29. ff. de perit. h. z. l. cum seruus 39. §. fructus, ff. de leg. 3. l. vsu 2. §. ff. de vltis. Lugo, qui vltimam proximè traditam fructuum diuisionem probat, de iust. & iur. tom. 1. disp. 17. num. 38. Sanch. num. 53. Carroc. de locat. tit. de verb. signit. quæst. 10. num. 5. Cyriac. dict. tom. 2. controuers. 397. num. 20.
- 15 & 21. Qui autem fructus naturales, & qui industriales censentur, iudicis arbitrio discernendum est, illa præmissa regula, quod denominantur à potiori causa, nam quod producitur natura ipsa, nulla, aut modica hominis industria interueniente, fructus est naturalis, sed vbi magis labore humano, quam natura quid nascitur, inter fructus industriales habetur, Sanch. num.

43. & 49. Menoch. de arbitrat. cas. 210. num. 19. Verum si contingat, in fructuum productione ita concurrere naturam, & hominis industriam, vt vel prudentissimus iudex assequi non valeat, cui magis tribuendum sit, fructus naturales reputabuntur, quoniam naturalis causa in dubio debet prævalere, l. qui habet, ff. de tutel. Sanch. num. 50. Menoch. consil. 51. num. 28. Tiraguell. de vtroque retract. §. 30. gloss. noum. 21. Marefcor. variat. lib. 1. cap. 50. à num. 4.

Verf. His sane præmissis;

ita in specie restitutionis in integrum docuit Gregor. Lop. in d. l. 15. gloss. 1. nam verba generalia mandati secundum quod exprimitur, restringuntur, Golin. part. 2. cap. 4. num. 47. Franc. Marc. decif. 484. par. 2. Cyriac. tom. 2. controuers. 278. num. 60. Mantia. supr. tit. 16. num. 34. 37.

22 Illud dubitatur inter DD. si procurator constituatur ad omnia, & excipiat causa aliqua speciale mandatum requirens, ut iuramentum de calumnia, vel transactio, an talis procurator possit expedire cetera, ad quae speciale mandatum desideratur, in quibus minus, aut non magis detrimenti dominus pateretur, & affirmative responderunt Deci. in l. 1. num. 25. ff. de reg. iur. lason in l. properandum, num. 7. C. de iudic. Menoch. conf. 87. num. 37. & conf. 312. num. 7. Merlin. vbi supra num. 16. & 17. Golin. dict. cap. 4. 2. num. 45. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 21. part. 2. num. 35. Milis in repert. verb. Procurator expressè, & communem dicit Mantia, vbi proximè num. 31.

23 Ratio horum est, quia exceptio debet esse de regula, quam in contrarium firmat, l. quæ situm 12. §. idem Pomponius respondit domo, et 2. ff. de fund. instruct. l. nam quod liquidz 4. §. si. ff. de pen. leg. vbi communiter notatur, Argel. de acquir. possess. quæst. 3. art. 9. num. 12. Pareja de instr. tom. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. nu. 362. Euerard. in loc. legal. loc. 19. ab except. ad regul. & loc. 99. ab speciali. Hinc est, ut qui casum excipit exigentem speciale mandatum, videatur omnia similia, aut saltem quæ tanti præiudicii non sunt, procuratori de mandare.

Contrarium placuit Tiraquel. de retract. lignag. ad finem tituli nu. 94. Rebus. in tract. exceptionum, num. 24. Barbof. in collect. ad dict. cap. qui ad agendum, num. 4. Quæ enim inducta sunt ad deminutionem, non debent augmentum operari Bart. in l. Denique Pegalus 8. §. interdum, ff. de pecul. leg. per argumentum ab speciali: cum ergo dominus intendit aufere, ac limitare procuratoris facultatem, ex eo non debet ampliari. Quibus ad stipulatur textus in d. cap. qui ad agendum, in principio, vbi statuitur, non sufficere ad excédenda, quæ speciale mandatum desiderat, generalia mandata ad omnia, quæ sine speciali expediri non possunt, nisi aliquis casus exprimat, quod in §. 1. deciditur: Igitur cum ex exceptione vnius causæ poscentis mandatum speciale solùm inducatur voluntas tacita, ut aduersarij volunt, ad alia similia procuratori committenda, hæc non sufficit, nec magis tribuendum est tacite voluntati, quam expressæ, cum vtriusque idem debeat esse iudicium, l. cum quid 3. ff. si cert. petat.

24 Nec rectè argumentatur de exprimente vnum casum in mandato ad excipientem: qui enim exprimit omnes similes casus, sub vno exemplo explicat, ac expressè quodammodo committere censetur, quæ consideratio in excipiente non procedit, qui exemplum inserit non coram, quæ procuratori mandat, sed quæ suo nomine fieri vetat; atque ita cum voluntas, quæ ex exceptione causæ mandatum speciale requirentis, ut similes mandataz censeantur, proflus sit tacita, & præsumpta, sufficere nõ debet, vbi speciale mandatum desideratur cum & generalis expressè

expressè non proficit, d. cap. qui ad agendum in princip. ex his deducitur solutio ad fundamentum, quod pro sententia opposita retulimus, quoniam illud cessat, vbi expressè, & specialis voluntas desideratur, ut in præfenti.

Verf. Quintò ab eadem.

29 Mandatum cum libera æquiparatur speciali in ijs, quæ domino maximum non afferunt detrimentum, quare procurator ita constitutus rectè in integrum restitutionem postulat, Pareja cum plurimis de instrum. edit. tit. 5. resolut. 10. num. 6. Magon. decif. Lucens. 51. num. 7. Mascard. de probat. conclus. 1308. num. 9. cum legq. Castil. Sicil. decif. 74. nu. 31. Gratian. disceptat. cap. 95. num. 9. Græu. ad pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 72. considerat. 4. Greg. Lop. in d. l. 15. gloss. 2. Paz d. annotat. 4. num. 7. Hermos. in l. 48. glof. 5. nu. 2. tit. 5. part. 5. Caldas supra dict. num. 7. in fine, Tiraquel. de iur. marit. gloss. 3. numer. 21. & de iudic. in reb. exiguis, verf. 41. Reginald. in praxi fori pznit. lib. 25. numer. 606. verf. Quintum est, Merlin. dict. quæst. 101. vbi à num. 13. de potestate procuratoris cum libera optime dissentit, Gutierrez. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 50. numer. 75. Argel. de acquir. possess. quæst. 35. articul. 5. numer. 11. & 12. Non autem veniunt sub tali mandato, quæ illud singularitate depolcunt, Merlin. numer. 31. Cyriac. controuers. 278. numer. 60. Pute. decif. 53. num. 2. Ruin. Ion. conf. 54. num. 29. 30. Golin. dict. cap. 4. numer. 58. Philip. Franc. in dict. cap. qui ad agendum, in princip. verf. Vltimò nota.

Hinc sequitur, Procuratorẽ Principis, vel Reipublicæ posse in integrum restitutionem postulare, quoniam à lege habet administrationem cum libera, Barbof. in dict. l. vnic. nu. 3. Merlin. numer. 18. Sord. conf. 335. num. 18. Odd. dict. part. 1. quæst. 31. art. 12. num. 54.

32 Quando clausula cum libera apponitur in mandato, causis aliquibus expressis, restringitur ad expressa, & similia, nec grauiora complectitur, Merlin. num. 23. Francisc. Marc. decif. 484. num. 3. part. 2. Cyriac. dict. controuers. 278. num. 60. Golin. dict. cap. 4. num. 47. 48. Mantia. dict. tit. 16. num. 36. Angel. in princip. num. 3. instituta de ijs per quos ager. possum. Narbon. de appellat. à Vicar. ad Episcop. lib. 1. quæst. 65. num. 12. Marc. in ff. opu. tom. 1. cap. 75. verf. Procurator, Pareja supr. num. 75.

Verf. Sextò ex his infero:

33 Consentiant Barbof. in collectanea ad caput, coram, in fine de in integrum restitutione, Castador. decif. 1. n. 3. de procur. Mantia. decif. 11. numer. 2. Sforc. Oddus dict. articul. 12. numer. 52. quoniam per illam clausulam: Ut possit facere omnia, quæ dominus posset, libera administratio conceditur, Cyriac. dict. controuers. 278. numer. 59. Merlin. numer. 23. Bolaños in Curia Philippica, part. 1. §. 10. numer. 24. Gregorius Lopez in l. 19. glof. 8. tit. 5. part. 3. Gutierrez, vbi proximè, Golinus dict. part. 2. cap. 4. numer. 12. Marta de claus. clausula 115. Rora apud Censum de censibus decif. 168. num. 2. Græuel. Dolan. decif. 112. n. 6.

Muta in pragmat. Regn. Sicil. de offic. Proreg. tit. 1. a. num. 50. Castill. supra num. 32.

Num. 4

34 Et si dominus in mandato promittat, se ratum habiturum, quod eius nomine gesserit procurator, non poterunt ex hoc ea expediri, quia mandatum exigunt speciale, Alberic. in l. 1. column. 4. verli. Nunc venio ad questiones, ff. de offic. procur. C. lar. Decian. conf. 340. n. 8. & conf. 500. n. 12. Surd. conf. 160. num. 35. Mantic. d. lib. 7. tit. 16. num. 13. Vanti. de nullit. ex defectu mandat. num. 114. Cyriac. d. controuers. 278. nu. 57. Greg. Lop. vbi nuper. Golin. d. cap. 4. num. 23. Seraphin. decif. 238. num. 4. Barbof. d. claus. 35. n. 17.

35 Procurator, de cuius mandati sufficientia dubitatur ad petendam in integrum restitutionem, admittitur prout cautio de rato, Odd. d. q. 31 art. 12. num. 54. Barbof. in d. l. vnic. n. 3. & ita generaliter statutum est, quoties de vitibus mandati ambigitur, l. 21. tit. 5. p. 3. vbi Gregor. Lop. gloss. 1. Golin. part. 4. cap. 3. num. 1. Pyrrh. Maur. de fideiussor. p. 1. in prin. sect. 2. cap. 9. num. 2. 3.

Num. 5

36 Est communis resolutio, non posse consanguineum absque speciali mandato petere in integrum restitutionem, sicut nequidquam aliud facere, quod sine illo peragi nequit, Menchac. quzit. vlt. seq. cap. 22. num. 12. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 98. & gloss. 13. num. 34.

Caldas in d. l. si caritatem, verb. Implorandum num. 8. Petr. Barbof. in l. 3. n. 23. ff. sol. matrim. Boloñ. vbi supr. num. 30. Argel. dict. quzit. 15. art. 4. num. 3. Gomez Baio in praxi 3. part. lib. 1. cap. 12. num. 14. Golin. p. 3. cap. 2. num. 18. Chartar. decif. 54. num. 6. Maur. supr. num. 15. Mag. decif. 6. n. 13. Surd. decif. 215. Gratian. discept. cap. 401. Quod limitat in patre, Golin. num. 19. Chartar. num. 18. Cotta in memorabilib. verb. Coniuncta per sona, laf. in l. exigenti, num. 9. C. de procurat. Limitat etiam Odd. dict. quzit. 31. art. 9. num. 38. vbi coniuncti inter sit restitutionem impetrari, quia communes habet cum minore facultates vel alias.

37 Sed cum admittitur absque mandato coniunctus in qualibet causa, debet de rato satisfacere, Camil. Botre. in summ. omn. decif. tit. 66. nu. 94. Boloñ. vbi supra, Golin. part. 3. cap. 1. num. 3. cum seqq. Ioseph. Ludouic. decif. Lucen. 41. num. 1. 2. Hippolit. sing. 228. num. 2. Quod etiam verum est in patre, Golin. n. 5. Roman. sing. 619. l. filius fam. 14. ff. qui satisd. cogant. & ratihabitione non sequuta corrumpit quod actum est, Donell. comment. iur. ciuil. lib. 13. cap. 11. col. 5. Mench. vbi supr. lib. 2. cap. 23. num. 6. Surd. de aliment. tit. 3. q. 8. n. 10.

38 Idem quod de consanguineo de affine dicendum est, Christofor. de Paz in scholijs ad l. styli, l. 10. num. 7. Magon Lucen. decif. 6. Golin. vbi proximè, num. 10. vbi, quod coniuncte personæ intelliguntur, vsque ad quartum gradum, vt agere sine mandato possint. Atque etiam de amico, si maxima sit amicitia, Bartol. in leg. non solum, §. qui alieno num. 1. ff. de pro-

procurat. Abbas in cap. accedens cl. 2. num. 8. lit. A. vt lit. non contest. Menchac. dict. cap. 23. num. 7. Golin. num. 14. Hippolit. in l. 1. C. de rapt. virgin. Alciat. in l. lite, §. aticos, ff. de verb. oblig. signific. Nam vera amicitia similis est fructuissimæ cognationi, Tiraquel. de pen. temp. caus. 22. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præl. §. 9. n. 70 cum seqq. Golin. ibidem, Hippolit. sing. 351. Maur. supr. dict. sect. 7. cap. 2. num. 23. fol. 384. Prosper Catruit. Ritu. 160. num. 9. Alexand. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 29. num. 23. facit illud Prouerbior. cap. 18. *Vir amicus ad societatem magis amicus erit, quam frater.* Extat egregia Senecz sententia Epist. 10. §. qui patrem filij mortem lugentem reprehendit, inquis: Quid magis faceres, si amicum perdidisses?

Ibi: *Qua ratione perpensa cum Romanus.*

42 Verus, ac genuinus est intellectus, quem D. Covarr. tradit hic ad textum in cap. nonnulli 28. §. cum autem, de rescript. vbi, re adamussim considerata, non obscure probatur, coniunctum non admitti ad ea, quæ desiderant speciale mandatum sine illo; etenim exceptum debet esse de contentis sub regula leg. sed an vltro 10. §. 1. ff. de negot. gest. Cyriac. controuers. 210. numer. 6. Bartol. in leg. 1. in fine, ff. de regul. iur. Menoch. consil. 140. numer. 17. Sed Pontifex ab illa regula: Vt nullus sine speciali mandato ad impetrandas literas iustitiz accedat, excipit coniunctos. Igitur si non excipien-

tur, nequirent tales literas postulare, ex eo quod ad id mandatum exigitur speciale; alioquin si iure communi consanguineus posset tractare proconiuncto, quæ speciale mandatum requirunt, frustra exciperentur in ea constitutione, sub qua minime comprehendebantur. Illius autem rigorem ita praxis temperauit, vt hodie quilibet cum generali mandato non prohibeatur, eas literas impetrare, sicut cum D. Couare. testantur Nauarr. in cap. si quando, prælud. 1. num. 22. de rescript. Madof. in prax. commiss. in prima forma prælud. vltim. Vanti. de nullit. ex defect. iurisdic. delegat. n. 87. Et licet Crotti interpretatione admitti, litera textus patiat, congrua tamen non videtur, quia verosimile non est, voluisse legislatorem eximere coniunctos à pœna legis, & non ab eius prohibitione, cum quoad eos illusoria esset constitutio, si manerent exempti à supplicio propter transgressionem, argumento leg. fin. ff. de offic. eius. Verus itaque est, ac receptum communiter, in illo versiculo: Nisi forte coniunctos exceptos fuisse ab illa prohibitione, atque ita posse sine mandato literas iustitiz impetrare, etiam iuxta illius constitutionis rigorem, Felin. ibi, column. 16. Golin. vbi supra part. 3. capit. 2. num. 1.

43 Obiectio Decij contra interpretationem communem leg. patri pro filio 28. ff. de minorib. non obstat, quia verba Consulti rectè intellecta ipsam aperte probant: Dux enim ibi clausula interuenit circa petendam restitutionem in integrum pro coniunctis; Prima ibi: *Ex quo apparet, ceteros cognatos, vel affines alterius esse conditionis.*

Hic

Hic ostenditur, huiusmodi personas non esse audiendas inuito eo, quia lesionem est passus, quia sua non interest, sicut patris, qui de peculio tenetur. Secunda subiungitur ita: *Nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adolescentis postulens.* Ac si dicat Consultus, non solum admittendi non sunt cogonati, adolescente inuito, ut pater, verum etiam debent habere voluntatem, id est, mandatum ad consequendam in integrum restitutionem, per quae verba profus excluduntur coniuncti sine mandato, nam quando ut tales causas aliorum agunt, non veniunt ex tacita, aut expressa ipsorum voluntate, quanquam contra voluntatem domini agere nequeant, l. Pomponius 40. §. in his autem, ff. de procurat. Golin. vbi proxime, numer. 12. Castren. in l. non solum, §. qui alieno, ff. eod. titul. Hyppol. dict. sing. 228. num. 2. nam si ita foret, admitterentur nomine procuratorio, si quidem procurator est, quia aliena negotia domino volente gerit, l. 1. ff. de procurat. Golin. part. 1. cap. 1. num. 9. Paz in prax. dict. annot. 4. num. 1. August. Barbol. in collectan. ad rubric. C. de procurator. & sufficit tacita voluntas, seu praesumpta, si remunerandi 6. §. si passus, ff. mand. l. vel vniuersorum 12. ff. de pignor. act. l. semper 61. ff. de reg. iur. Coniunguei autem non audiuntur ut procuratores, Balb. decis. 415. Caualean. decis. 24. Rebuf. in tract. nominat. quzst. 14. num. 106. Golin. part. 3. cap. 1. n. 38. Gratian. dilcept. cap. 573. nu. 48. Caualean. decis. 24. de iudic. Tepar. variar. tit. 89. cap. 2. vers. Quintus, Vnde cum in dict. l. patri, doceamur, non esse coniunctos audiendos, nisi

habeant adolescentis voluntatem, manifeste colligitur eos sine mandato repellendos, nam quoties ita accedunt, voluntatem non habent ex dictis, cum ergo mandatum sit opus, debet esse speciale, prout postulatur ad petendum auxilium restitutionis, d. l. illud. 26. §. fin. ff. de minor. nam & si consanguineo permittatur agere ea, quae cum generali mandato expediuntur, l. sed & hae 35. ff. de procur. minime tamen concessum est, ut cum generali mandato possint exequi, quae illud speciale desiderat, quod nullo iure cautum reperitur.

Verf. *Supereft eamen.*

Quod in cap. constitutus de in integr. restit. praecessit mandatum speciale fratris ad impeccandam in integrum restitutionem, sentiunt Mench. dict. cap. 23. num. 11. & 12. Caldas in dict. verb. Implorandum, num. 8. vers. Non etiam obstat, quae vera videtur interpretatio, vel dici posset, fratres res habere communes, atque ideo intereret fratris, qui comparuit, alterum quoque restitui, quo casu mandatum non desiderari docuit Odd. d. quzst. 31. art. 9. num. 38. facit d. l. patri, perpenfa ratione, cui Consultus innititur, dum de patre loquitur, & quod tradit Golin. d. part. 3. cap. 2. num. 17. vbi ex alij probat, posse coniunctum, etiam inuito domino, agere, cum sua principaliter interest.

Num. 6;

Intellectus iste ad d. cap. constitutus de in integ. restituit merito rejicitur, tum quia communis resolutio

est de iure communi, non posse litis consortem sine mandato alterius agere ante litis contestationem, de quo videndū sunt Felin. in cap. cum M. numer. 8. de constitut. Ripa ibi a num. 52. Socin. reg. 160. Bernard. Diaz, reg. 136. vbi additio, Duen. reg. 132. Padil. in l. error. num. 34. col. 3. C. de iur. & fact. ignor. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 7. tit. 5. p. 3. Christoph. de Paz in l. 10. styli, tit. 12. qui duo vltimi asserunt per d. l. 10. partit. introductum esse, ut consors litis valeat ante litem contestatam in iudicio experiri sine mandato. Tum etiam, quod ad ea, quae mandatum requirunt speciale consors litis non auditur sine illo, quod plane probatur in d. l. 10. partit. vbi equiparatur litis consors consanguineus, sed consanguineus non admittuntur ad expedienda, quae speciale mandatum postulant, ut probauimus. Igitur nec consors litis.

Illud autem, quod D. Couarr. in fine huius versiculi ait, posse scilicet defendi consanguineum simul, & consortem litis admittendum sine mandato ad postulandum beneficium restitutionis, verum videtur, si a parte non opponatur, Greg. Lop. in l. 15. gloss. 2. tit. 5. p. 3. vbi docet, quod sine speciali mandato peti potest restitutio in integrum, si defectus non obijciatur ab aduersario, ex qua doctrina recte inferitur, quod D. Couarr. probabile dixit. Hinc alius intellectus aptatur d. cap. constitutus, vbi ideo frater sine mandato admissus est, ut coniunctus, ac consors litis, quia pars contraria defectum mandati non allegauit.

Quomocumque autem coniunctus sine mandato agere, permittatur,

non potest ad id alium substituere, Ioan. Garc. reg. 21. quod ante litis contestationem procedit, nam post eam bene alium suo nomine subrogabit, Golin. part. 3. cap. 2. num. 231. Bald. in cap. Nuntius, nu. 34. de procurator. Roman. sing. 227. num. 4. & conf. 241. num. 10. Iaf. in l. quod quis num. 1. vers. Septimo fallit, C. de procurator. Ioan. de Grassis de substitut. procurat. verb. Procuratores, in tract. magni Rota decis. 34. alias 677. Ratio est nam cum ad substituendum procurator, ante quam litem contestetur, debeat habere speciale mandatum, capit. 1. §. 1. de procurat. in 6. leg. 19. titul. 3. part. 3. Vanti. de nullitat. tit. ex defectu mand. numer. 109. Paz in praxi, annot. 4. numer. 5. Petr. Barbol. in comment. ad ordinam. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 48. §. 28. num. 2. Surd. decis. 195. num. 9. Grass. supra verb. Cum potestate substituendi, n. 1. Golin. part. 3. cap. 5. num. 65. Mozz. de contractib. tit. 4. ord. 4. ver. 77. Cassan. in consuetudin. Burgund. rubric. 4. §. 1. num. 4. vers. Aduerte quod potestas substituendi, id coniunctus facere nequit, cui non licet, quae speciale mandatum postulant, ut supra probauimus. Postquam autem procurator litem fuerit contestatus virtute generalis mandati, quia dominus litis effici dicitur, Seraphin. decis. 118. num. 2. Golin. part. 3. cap. 4. num. 38. Guid. Pap. decis. 119. alium suo loco iure constituit exprallegatis iuribus, & l. si procuratorem, §. 1. ff. mand. l. neque 11. §. fin. de procurator. gloss. in cap. ex parte Decani, verb. Mandatum de rescript. Gail. practica. obseruat. lib. 1. obseruat. 72. nu. 11. Menoch. de prax. lib. 2. prax. 38. num.

1. Mysinger. oblectat. 43. cent. 1. Petr. Barbof. in l. cum prator, § 1. num. 10. 4. cum seqq. ff. de iudic. quod & coniunctus facere non prohibetur, Alexand. tamen Tréacinq. variar. resolut. lib. 2. resol. 3. tit. de procurator. numer. 16. sentit, posse coniunctum etiam ante litem contestatā sublituere; idem videtur Speculatori tit. de procurator. §. ratiōne quoque constituentis, cum. 9. Jacob. in l. 1. C. de procurator.

Verf. Naud erit.

53 Quod Prælatus, tutor, curator, & aliz personz similes administrationē alieni patrimonij habentes, possunt petere sine speciali mandato in integrum restitutionem, docent Greg. Lop. in d. l. 15. tit. 5. part. 3. gloss. 2. Odd. d. quzst. 31. num. 33. Mauric. cap. 27. num. 3. cum sequentib. Menoch. conf. 936. 3. num. 4. nam illis, quibus a lege administratio committitur, eam liberam habere censentur, l. Præles 12. C. de transact. Alex. Tréacinq. dict. tit. de procurator. resol. 1. per totam, Gutier. de tutel. 1. p. cap. 1. num. 15. & part. 2. cap. 6. num. 2. Menoch. conf. 22. n. 14. Ioan. Garc. de donat. remunerator. n. 23. Caldas in dict. l. si curator, verb. Sine curatore, num. 120. atque ideo omnia possunt petagere, quz permittuntur illis, quibus a domino cum libera mā datum concessum est: sic propter calumniam iurare possunt Petr. Gregor. sinegmat. lib. 4. 8. cap. 7. num. 4. Camil. Borell. in summ. decil. tom. 1. tit. 5. 1. de iuram. calumn. num. 24. P. Suar. de relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 2. cap. 31. num. 3. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 1. num. 21. & 255. & alij plures

apud Barbof. in collect. ad l. 2. §. 2. n. 6. C. de iur. propter calum.

Verf. Decimū adnotandum.

Ad defendendum illum, contra quem in integrum restitutio petitor, non est necesse speciale mandatum, Gregor. Lop. in dict. gloss. 2. Barbof. in collect. ad d. l. vnic. num. 3. C. etiam per procurat. qui Sforziam Oddum refert. Gohn. p. 2. cap. 5. num. 22. in fine, Mozz. supra tit. de mandat. verf. Venio ad quartum, 2. n. 12. ad 23.



## AD CAPVT Septimum.

### SVMMARIVM:

- 1 Qui de dote, eiusque privilegijs disseruauit.
- 2 Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote.
- 3 Etiam si matrimonium verum non sit, modo mulieris bona fide fuerit contractum.
- 4 In matrimonio putativo mulier agit ad dotem conditione sine causa eius hypotheca.
- 5 Sponsa de futuro gaudet hypotheca pro eo, quod in dotem futuram praestitit.
- 6 Mulier habet hypothecam pro dote in bonis soceri.
- 7 Et in bonis fideiussorum mariti.
- 8 Quando permissum est, fideiussores pro dotibus a marito accipere.
- 9 Bona minoris immobilia sine decre-

- 10 Non praestatur tacita hypotheca, quod non vult bona sua pro dote obligare.
- 11 Pactum, quo mulier hypotheca dotali renunciat, est nullum.
- 12 Quid si firmetur iuramento.
- 13 Hæretica non habet hypothecam pro dote.
- 14 Quid de Hebræa muliere.
- 15 A quo tempore incipiat pro dote tacita hypotheca.
- 16 Hypotheca ius transit in quemcumque mulieris successorem.
- 17 Viro competit hypotheca pro dote praemissam in bonis uxoris, quam alterius promissoris.
- 18 Non habet praelationis privilegium.
- 19 Protestatio non liberat ab huiusmodi hypotheca promissorem, nisi maritus consentiat.
- 20 Pro bonis paraphernalibus competit tacita hypotheca sine praelatione.
- 21 Huiusmodi hypotheca tacita extinguitur per expressam.
- 22 Bona paraphernalia qua sunt.
- 23 Pro donatione propter nuptias datur tacita hypotheca sine praelatione.
- 24 Quando mulieri concedatur privilegium praelationis pro donatione propter nuptias.
- 25 Pro augmento dotis mulier gaudet hypotheca cum praelatione.
- 26 Quando vir auget dotem, augmentum habet hypothecam sine praelatione.
- 27 Hypotheca pro dotis augmento incipit a quo illud promissum, vel ex adiutum est.
- 28 Mulieri datur hypotheca pro alimentis sibi debitis, constante matrimonio à die dotis constituta.
- 29 Item pro alimentis praestandis intra annum à morte viri, dum dos non restituitur.
- 30 An propter expressam hypothecam non competat tacita dotalis?
- 31 Mulier praefertur anterioribus creditoribus viri tacita hypotheca munitis, nisi pariter fuerint privilegiati.
- 32 Dos legata nullis deserviti creditoribus anteferitur, imò omnibus postponitur.
- 33 Legata, quantumcumque privilegiata, nisi omni ere alieno persoluto, non debentur.
- 34 Sponsa de futuro adiutor uxoris praefertur anterioribus creditoribus.
- 35 Expressa hypotheca mulieri non tale litius praelationis, licet tacita cesset.
- 36 Privilegium praelationis non transit, nisi ad descendentes ex eo matrimonio, ad quod dos datur.
- 37 Cessionarius mulieris praelatione pro dote gaudet, quando habet regressum contra mulierem.
- 38 Mulier non praefertur anterioribus viri creditoribus, cum expressa hypotheca.
- 39 Proccedit etiam quoad bona questita post dotem constitutam, & traditam.
- 40 Mulier praefertur omnibus creditoribus pro rebus dotalibus, si extens, et si aestimata date fuerint.
- 41 Idem de dote putativa dicendum est.
- 42 Hypotheca tacita mulieris expressa posteriori praefertur.
- 43 Hypotheca tacita regulariter posteriore expressa potior habetur.
- 44 Mulier cum expressa hypotheca non praefertur prioribus creditoribus simili habentibus.
- 45 Limitatur, quando res dotalis, etiam aestimata, extans in viri bonis.
- 46 Mutans ad certam rem emendam cum expressa hypotheca praefertur in ea anterioribus creditoribus simili munitis.

1. Mysinger. oblectat. 43. cent. 1. Petr. Barbof. in l. cum prator, § 1. num. 10. 4. cum seq. ff. de iudic. quod & coniunctum facere non prohibetur, Alexand. tamen Tréacinq. variar. resolut. lib. 2. resol. 3. tit. de procurator. numer. 16. sentit, posse coniunctum etiam ante litem contestatā sublituere; idem videtur Speculatori tit. de procurator. §. ratiōne quoque constituentis, cum. 9. Jacob. in l. 1. C. de procurator.

Verf. Naud erit.

53 Quod Prælatus, tutor, curator, & aliz personz similes administrationē alieni patrimonij habentes, possunt petere sine speciali mandato in integrum restitutionem, docent Greg. Lop. in d. l. 15. tit. 5. part. 3. gloss. 2. Odd. d. quzst. 31. num. 33. Mauric. cap. 27. num. 3. cum sequentib. Menoch. conf. 936. a. num. 4. nam illis, quibus a lege administratio committitur, eam liberam habere censentur, l. Præles 12. C. de transact. Alex. Tréacinq. dict. tit. de procurator. resol. 1. per totam, Gutier. de tutel. 1. p. cap. 1. num. 15. & part. 2. cap. 6. num. 2. Menoch. conf. 22. n. 14. Ioan. Garc. de donat. remunerator. n. 23. Caldas in dict. l. si curator, verb. Sine curatore, num. 120. atque ideo omnia possunt petagere, quz permittuntur illis, quibus a domino cum libera mā datum concessum est: sic propter calumniam iurare possunt Petr. Gregor. sinegmat. lib. 4. 8. cap. 7. num. 4. Camil. Borell. in summ. decil. tom. 1. tit. 5. 1. de iuram. calumn. num. 24. P. Suar. de relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 2. cap. 31. num. 3. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 1. num. 21. & 255. & alij plures

apud Barbof. in collect. ad l. 2. §. 2. n. 6. C. de iur. propter calum.

Verf. Decimū adnotandum.

Ad defendendum illum, contra quem in integrum restitutio petitor, non est necesse speciale mandatum, Gregor. Lop. in dict. gloss. 2. Barbof. in collect. ad d. l. vnic. num. 3. C. etiam per procurat. qui Sforziam Oddum refert. Gohn. p. 2. cap. 5. num. 22. in fine, Mozz. supra tit. de mandat. verf. Venio ad quartum, a. n. 12. ad 23.



## AD CAPVT Septimum.

### SVMMARIVM:

- 1 Qui de dote, eiusque privilegijs disseruauit.
- 2 Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote.
- 3 Etiam si matrimonium verum non sit, modo mulieris bona fide fuerit contractum.
- 4 In matrimonio putativo mulier agit ad dotem conditione sine causa eius hypotheca.
- 5 Sponsa de futuro gaudet hypotheca pro eo, quod in dotem futuram praestitit.
- 6 Mulier habet hypothecam pro dote in bonis socii.
- 7 Et in bonis fideiussorum mariti.
- 8 Quando permissum est, fideiussoribus pro dotibus a marito accipere.
- 9 Bona minoris immobilia sine decre-

10

- 10 Non praestatur tacita hypotheca, quod non vult bona sua pro dote obligare.
- 11 Pactum, quo mulier hypotheca dotali renunciat, est nullum.
- 12 Quid si firmetur iuramento.
- 13 Hæretica non habet hypothecam pro dote.
- 14 Quid de Hebræa muliere.
- 15 A quo tempore incipiat pro dote tacita hypotheca.
- 16 Hypotheca ius transit in quemcumque mulieris successorem.
- 17 Viro competit hypotheca pro dote praemissam in bonis uxoris, quam alterius promissoris.
- 18 Non habet pralationis privilegium.
- 19 Protestatio non liberat ab huiusmodi hypotheca promissorem, nisi maritus consentiat.
- 20 Pro bonis paraphernalibus competit tacita hypotheca sine pralatione.
- 21 Huiusmodi hypotheca tacita extinguitur per expressam.
- 22 Bona paraphernalia qua sunt.
- 23 Pro donatione propter nuptias datur tacita hypotheca sine pralatione.
- 24 Quando mulieri concedatur privilegium pralationis pro donatione propter nuptias.
- 25 Pro augmento dotis mulier gaudet hypotheca cum pralatione.
- 26 Quando vir auget dotem, augmentum habet hypothecam sine pralatione.
- 27 Hypotheca pro dotis augmento incipit a quo illud promissum, vel ex adiutum est.
- 28 Mulieri datur hypotheca pro alimentis sibi debitis, constante matrimonio à die dotis constituta.
- 29 Item pro alimentis praestandis intra annum à morte viri, dum dos non restituitur.
- 30 An propter expressam hypothecam non competat tacita dotalis?
- 31 Mulier praefertur anterioribus creditoribus viri tacita hypotheca munitis, nisi pariter fuerint privilegiati.
- 32 Dos legata nullis desinitis creditoribus anteferitur, imò omnibus postponitur.
- 33 Legata, quantumcumque privilegiata, nisi omni ere alieno persoluto, non debentur.
- 34 Sponsa de futuro adiutor uxoris praefertur anterioribus creditoribus.
- 35 Expressa hypotheca mulieri non tale litius pralationis, licet tacita cesset.
- 36 Privilegium pralationis non transit, nisi ad descendentes ex eo matrimonio, ad quod dos datur.
- 37 Cessionarius mulieris pralatione pro dote gaudet, quando habet regressum contra mulierem.
- 38 Mulier non praefertur anterioribus viri creditoribus, cum expressa hypotheca.
- 39 Procedit etiam quoad bona questita post dotem constitutam, & traditam.
- 40 Mulier praefertur omnibus creditoribus pro rebus dotalibus, si extens, et si aestimata date fuerint.
- 41 Idem de dote putativa dicendum est.
- 42 Hypotheca tacita mulieris expressa posteriori praefertur.
- 43 Hypotheca tacita regulariter posteriore expressa potior habetur.
- 44 Mulier cum expressa hypotheca non praefertur prioribus creditoribus simili habentibus.
- 45 Limitatur, quando res dotalis, etiam aestimata, extans in viri bonis.
- 46 Mutans ad certam rem emendam cum expressa hypotheca praefertur in ea anterioribus creditoribus simili munitis.

Quid

- 47 Quid si dos anterior cum creditore sit mutua ante concubitas.
- 48 Mutuus in casu premissis preferatur doti posteriori.
- 49 Mutuus ad rei emptionem, an ea habeat tacite obligatam.
- 50 Assertoria sententia defenditur.
- 51 Explicatur loquuntur 17. ff. de pig. norib.
- 52 Respondetur ad l. licet 7. C. qui potest.
- 53 Vendens habita fide de pretio, hypotheca in re vendita non gaudet.
- 54 Mutuus ad emptionem rei cum usuris nullam obtinet hypothecam.
- 55 Mutuus cum usuris non habet privilegium d. licet.
- 56 Deponens, qui ex deposita pecunia recipit usuras, amittit privilegium actionis depositi.
- 57 Regula l. de accessionibus, ff. de diuers. & temp. prescript. frequenter in hypothecis saluit.
- 58 Nec procedit, ubi datur diuersa vincendi ratio.
- 59 Mulier pro dote, & mutuus ad rescissionem rei in ipsa, qui prior est tempore, potior est iure.
- 60 Dos confessata an gaudeat dotalibus privilegijs qui trahant.
- 61 Confessio dotis recepta, matrimonio constante an donationis causa facta presumatur.
- 62 Defenditur opinio affirmatiua.
- 63 Inter personas coniunctas presumuntur donationes fraudulenta.
- 64 Qui donat proprio coniugi, non delinquit.
- 65 Donatio inter virum, & uxorem iuramento firmatur.
- 66 Iuramentum vinculum iniquitatis non est.
- 67 Donatio ob coniugalem affectio-
- nem presumitur.
- 68 Explicatur titulus, C. de dot. caut. non numer.
- 69 Respondetur iuribus contra adductis.
- 70 In dubio presumendum est, actum exercitum, & non vetitum.
- 71 Vna presumptio alia fortiori tollitur.
- 72 Familiarum genus auarissimum.
- 73 Donatio non presumitur nisi inter personas coniunctas, vti coniuges.
- 74 Donatio inter virum, & uxorem cur prohibeatur.
- 75 Dos confessata non gaudet privilegij dotis numerata.
- 76 Dos confessata non est proprii dos.
- 77 Confessio dotis recepta facta donationis causa potest a marito tacite, vel expresse reuocari.
- 78 Indiget inscriptione, & regulis omnibus donationis subiicitur.
- 79 Ius opponendi, quod confessio viri fuit donationis causa, datur post tempora exceptionis dotis non saluata.
- 80 Confessio donationis causa emissa, vtrum firmetur iuramento, referatur negativa.
- 81 Actus simulatus non firmatur iuramento.
- 82 Traditur sententia, qua affirmat, confessionem iuramento firmari.
- 83 Vera sententia distinguens explicatur.
- 84 Simulatio sine fraude esse non potest.
- 85 Confessio emissa, matrimonio constante, facta presumitur donandi animo, licet maritus exceptioni dotis non soluta renoueat.
- 86 Presumpta donatio inter coniuges ex confessione dotis recepta firmatur iuramento.

- 87 Qui vult antecedens, vult & consequens, quod ex illo sequitur necessario.
- 88 Dua specialitates quae circa eadem rem possunt concurrere.
- 89 Intra qua tempora exceptio dotis non numerata potest opponi.
- 90 Post lapsum temporis ad apponendam dotis non traditam exceptionem, confessata dos presumitur numerata, & gaudet privilegij vera dotis.
- 91 Maritus, qui in confessione renouciavit exceptioni dotis non traditam, an eam possit obijcere.
- 92 Quid si cum iuramento renouciatur.
- 93 Quid iure Regio.
- 94 Quid iure Lusitano.
- 95 Maritus, vel eius successor etiam post prateritum tempus ad opponendam exceptionem dotis non traditam admittitur ad probandum, dotem non fuisse solutam.
- 96 Maritus iurans, dotem recepisse, non potest opponere de dote non traditam.
- 97 Iurans, pecuniam recepisse non iuratur exceptione non numerata pecunie.
- 98 Quid si in se assumat onus probationis.
- 99 Maritus, qui iurauit, se dotem restitutum, potest vti exceptione dotis non solute.
- 100 Promittens cum iuramento non opponere exceptionem dotis non traditam, eam nequit proponere.
- 101 Confessio dotis recepte facta quocumque tempore probat numerationem, si praesens promissio.
- 102 Debet constare de promissione per instrumentum distinctum ab eo, in quo fit confessio.
- 103 Geminata confessio non excludit exceptionem dotis non solute.
- 104 Conciliatio in contractibus, sed quoniam, C. de non num. pec. cum l. fin. C. de dot. caut. remissio.
- 105 Si vltra confessionem concurrant coniectura, dos confessata pro numerata habetur.
- 106 Exhibitio diuina alimenterum auferit coniecturam, quod dos fuit numerata.
- 107 Singula qua non profuerunt, multa collecta iuuant.
- 108 Accedente vno teste de traditione deponente confessio viri probat dantis solutionem.
- 109 Confessio emissa in fauorem tertij probat numerationem dotis.
- 110 Vtrum eo casu locus sit exceptioni dotis non traditam.
- 111 Confessio dotis recepta facta virtute confessionis mulieris de eo, quod sibi debebatur, pro numeratione est, & an vir retrocedenda actionem libereatur.
- 112 Creditores, qui contraxerunt cum viro post promissionem, & ante traditionem dotis, vtrum mulieri preferantur.
- 113 Confessio recepta dotis ante matrimonium donationis gratia facta non presumitur.
- 114 Idem est, si tempore contractus, vel postea ante matrimonium consummatum fiat.
- 115 Quando confessio dotis recepta vocat viri creditoribus, remissio.
- 116 Exceptio dotis non numerata potest per creditores viri opponi, quando ipsi licet.
- 117 Non potest opponi per creditores post tempora praescripta, nisi propter ignorantiam restituatur.

- 113 *An renunciatio exceptionis dotis non tradit noccat mariti creditoribus?*
- 119 *Ex ea renunciacione oritur presumptio donationis.*
- 120 *Utrum inter creditores, qui confessione mariti nituntur, dos confessata sit privilegiata? & recipiatur.*
- 121 *Quando non torgetur presumptio donationis, aut fraudis aduersus mariti confessionem, mulier pro dote confessata praesertur futuris creditoribus.*
- 122 *Mulier habet tacitam hypothecam pro dote confessata, cessante donationis, aut fraudis suspitione.*
- 123 *Praesertur omnibus chirographariis creditoribus.*
- 124 *Creditoribus hypothecariis posteriores sunt chirographariis anterioribus.*
- 125 *Licet mariti creditoribus obijcere exceptionem dotis non tradit, licet confessio fuerit ante matrimonium emissis.*
- 126 *Mulier quoties nequit quantitate dotis habere ex bonis viri, reuertitur ad res, quas dedit in dotem, etiam assignatas, in quibus omnibus creditoribus antepositur.*
- 127 *Eas auferit tertio possessori, et si alienationi ipsa consenserit.*

*De hypotheca cum pralatione, quae uxori pro dote competit.*

**A**D intelligentiam eorum, quae praesens caput complectitur, maxime, ultra alios infra referendos, oportet videre Merl. de pignor. libr. 3. tit. 1. quzst. 5. & quzst. 23. & tit. 2. per totum, Gutierr. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 46. Ant. Gom. in l. 50. Taur. a. n. 37. Ceual. tom. 1. q. 744. Marefcot. variat. lib. 3. cap. 117.

num. 10. cum sequentibus, Nouell. in tract. de dot. part. 6. a. num. 1. Myling. cent. 3. obseu. 3. vers. Primum, Negulant. de pignor. part. 2. memb. 4. per totum Mantic. de tacit. & ambig. conuenc. lib. 11. tit. 19. a principio, Castill. controuerf. lib. 3. cap. 4. Greg. Lop. in l. 17. gloss. 2. 3. tit. 11. part. 4. Petr. Barbof. in l. 1. part. 6. ff. solut. matr. Carleual de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 28. Cancer. variat. part. 1. cap. 9. a princip. Pat. Molin. de iust. & iur. disput. 438. Alexandr. Trentacinq. variat. lib. 3. tit. de pignor. rescol. 9. per totam,

**Núm. 1.**

Mulieri competit tacita hypotheca in bonis mariti pro sua dote recuperanda, l. 23. tit. 13. p. 5. docent Petr. Gregor. sintagmat. iur. libr. 9. cap. 24. num. 2. Camil. Borrell. in sum. de decil. part. 3. tit. 5. num. 422. Bald. in l. voica, §. & vt plenius, num. 3. C. de rei vxor. actio. vbi Alexandr. in princip. Alberic. num. 11. vers. Dic tamen, Petr. Barbof. in l. 1. part. 3. numer. 27. vers. Tertio, Flor. de Men. variat. lib. 1. quzst. 6. art. 3. num. 3. Bolaños in commerc. terrestr. lib. 2. cap. 3. numer. 26. Castill. n. 1. Molin. disp. 423. n. 6. Fachin. controu. lib. 12. cap. 33. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 50. num. 3. Rota apud Burac. decif. 844. num. 2. in recent. late Merlin. dict. tit. 2. quzst. 43. Cancer. n. 1. Trentac. n. 1. Idem in matrimonio putatiuo bona fide mulieris celebrato, gloss. in l. fin. verb. Licet anterioris, ad finem, C. qui potior. gloss. in l. si cum dotem 23. §. fin. verb. Actionem, ff. sol. matrim. Molin. dict. disp. 438. nu. 2. Trentacinq.

- n. 24. Negulant. num. 104. Roland. a Valle de iur. dot. quzst. 97. n. 2. Barr. in l. si cum dotem, §. fin. ff. sol. matrim. Ant. Gom. num. 56. Barbof. in collect. ad l. si ignorans 3. num. 2. C. sol. matrim. Merlin. cum pluribus quzst. 69. & est communis, & si dissentiant aliqui. Quo casu mulier non agit actione de dote, sed condictione sine causa cum illius privilegijs, l. 1. C. de condict. ob caus. Ant. Gom. num. 55. Barr. in l. fin. ff. de condict. sine causa, D. Couarr. de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 39. Similiter sponsa de futuro, si aliquid in dotem dederit, pro eius repetitione agit hypothecaria, facit, l. 2. §. fin. ff. de priuileg. credit. late Merlin. dict. tit. 2. quzst. 70. Mantic. supr. dict. tit. 19. num. 22. 23. Valle, quzst. 106. n. 14. Angel. & Alberic. in d. l. 2. §. fin. & si contrarium teneant, Trentacinq. n. 21. vers. Secundo est opinio cum alijs, Molin. num. 3. Cancer. num. 5. est que magis communis, quae omnino placet, cum mulier impedimento fuerit, quo minus nuptiae subsequantur.
- Eandem hypothecam obtinet mulier in bonis foceri, cum ille dote accipit, vel filio accipienti consentit, Menoch. conf. 33. num. 20. Merlin. q. 48. Gutierr. num. 3. 4. Trentacinq. n. 30. Nec non in bonis fideiusorum, nam quauis vetitum sit, eos a maritis pro dote restitutione dari, l. 1. C. de fideiusor. vel mand. dot. nonnumquam tamen id permittitur, vt post solum coniugium, aut si vir vergat ad inopiam, vel in alijs casibus, cap. per vestras 7. de donat. inter. Merlin. quzst. 53. Ant. Gom. nu. 26. & 37. vers. Item etiam, Fachin. controu. lib. 3. cap. 18. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 12. gloss. vnic. Amato tom. 2. fol. 91. D. Latreateg. lib. 3. selectar. cap. fin. Gutierr. dict. part. 1. cap. 21. Ceual. 1. tom. q. 258. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disp. 425. n. 12. & d. disp. 438. n. 2. Contrahitur praefata hypotheca in bonis etiam immobilibus mariti minoris 25. anois sine decreto, aut alia solemnitate alijs requisita in alienatione, aut hypotheca rerum earum, Ant. Gom. dict. n. 37. Molin. disput. 438. n. 2. Merlin. qui late disputat, q. 83. Ant. de Fano de pignorib. part. 2. memb. 4. n. 73. Nouell. p. 6. priuileg. 5. Palac. Rub. in cap. per vestras in rubric. §. 26. a. n. 1. Ceual. commun. tom. 1. q. 132. Gregor. Lop. l. 23. gloss. 2. Neque prodest viro, si protestetur, se nolle sua bona pro dote obligari, Mantic. dict. tit. 19. num. 4. Merlin. quzst. 43. n. 17. & cap. cum, per quod mulier huic hypothecae renunciauerit, etiam tempore dotis constituendae non subsistit, Greg. Lop. in d. l. 23. gloss. 2. Negulant. d. memb. 4. n. 3. Fontanel. vbi proximè, claus. 7. gloss. 2. p. n. 9. Palac. Rubios in d. cap. per vestras. §. 14. n. 3. in 3. notab. Merl. d. q. 43. nu. 19. Gutierr. in d. cap. 46. n. 11. cum seqq. vbi n. 13. docet talem renunciacionem iuramento firmatam valere, quod & antea tenuerat, Bald. in lectiam, nu. 2. C. ad Vellecia. Contra sensisse Rotam apud Bura. dec. 331. n. 1. refert Merl. qui in ead. residet sententia d. q. 43. n. 18. quonia mulier nequit facere deteriorè causam dotis suae, quam publice interest obseruari, l. 2. ff. de iur. dot. Cyriac. plurib. laudatis tom. 2. cõt. 295. n. 40. De quotamè vide Mol. d. disp. 438. in fin. per liubem. C. ad Vellecia nu. Pet. Barbof. in d. l. 1. p. 5. n. 99. in

principio, quod procedere poterit, nisi maritus solvendo non sit tempore renunciationis, quia nullo modo tenebit renunctio.

<sup>13</sup> Hoc privilegium tacite hypothecæ mulieri hæreticæ non indulgetur, authent. item privilegium, C. de hæretic. Negulant. d. memb. 4. n. 68. Butri. in cap. gaudemus, de divorce. Palat. Rub. in cap. per vestras, in rubric. §. 35. a nu. 3. Petr. Gregor. syntagmat. iur. lib. 33. cap. 8. num. 8. Farinac. de hæresi, quæst. 189. nu. 45. Rojas, sing. 214. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 8. & alij apud Merlin. quæst. 21. Qui sequenti questione idem in muliere iudæa sentit, saltem cū a duertus Catholicos agit, Mantic. dict. tit. 19. num. 33. Communis verò aliud habet, quia huic verba legis non conveniunt, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. nec odiosa debent extendi, cap. odia, de reg. iur. in 6. cuius auctores refert Merlin. nu. 1. ibidem. Sed prima opinio satis probatur in d. authentica, ex illius ratione ibi expressa, quia scilicet Catholicam non participat communionem, imò ex verbis Iustiniani in authe. de privileg. dot. hæret. mnl. non præst. collat. 8. aperte constat, voluisse Imperatorem excludere ab huiusmodi beneficio omnes mulieres, quæ Catholicæ non sunt, easque hæreticæ nuncupatur, quod pater in §. quæ igitur ubi, ita inquit: *Quia est hoc privilegium, & tacite hypothecæ, & omnia alia, quæ mulieribus omnibus in diversis privilegijs à nostris legibus data sunt; illis damus solis, quatenus his vivunt, & fruuntur, quæ diligentiam habeant rectam; & adorandam nostram fidem et nece Catholice dicimus, & Apostolicæ Ec-*

*clesiæ participare in eius salvari communiõne.* Quæ verba ita aperta sunt, ut nullam dubitandi rationem admittant, & hanc opinionem tueretur Cardinal. Abbas, & Alexandrin. in d. cap. gaudemus.

Non conveniunt DD. circa tempus, à quo mulier hanc hypothecam incipiat obtinere. Alij volunt à die dotis traditæ, gloss. in l. assiduis, verb. hypothecam, C. qui potior, Bald. ibi, num. 18. Speculat. tit. de obligat. & solutio. §. ante omnia, num. 49. vers. Sed pone contraxi matrimonium, Ant. Gom. in dict. l. 30. Taur. num. 38. Gutierr. dict. cap. 46. num. 8. 9. ubi licet opinionem contrariam fateatur communem, hanc amplectitur, ut approbatam, l. Regia 17. tit. 11. p. 4. Bolaños d. cap. 3. num. 26. Molin. d. disp. 438. n. 10. Cuius sententiæ fundamenta adducit, ac refutat Merlin. quæst. 74. à nu. 21. qui ex multis oppositum cuetur a num. 23. scilicet hypothecæ orin, ex quo dos est marito promissa, & sic tenent, Cyriac. tom. 1. controuers. 81. num. 22. & cont. 110. num. 8. Fulgos. conf. 216. Paris. conf. 102. num. 16. 17. vol. 3. A fini. de exequution. §. 7. cap. 105. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 49. n. 13. Gratian. discept. forens. cap. 93. num. 3. Acolta, in tract. de retrotract. cap. 8. cal. 31. num. 1. Parlador. different. 24. n. 5. Cancer. d. cap. 9. n. 10. Boer. decif. 331. Trentac. n. 27. art. 1. & num. 25. quid de expressa, de qua etiam Molin. ubi proxime, Negulant. num. 79. & lex partiæ, qua motus est Gutierr. non ita urget, siquidē ibi sermo est de dote tradita, quæ promissa non fuit, quod suaderetur, ex eo quod sit comparatio de dote ad pa-

parapherna, quæ non deducuntur in pactum, nec promittuntur, sed traditione sola penes virum constituuntur. Quæ sententia ita est intelligenda, ut si dos promissa fuerit ante matrimonium, hypotheca non competet, nisi a die initi conjugij, Trentacinq. dict. resol. 9. num. 25. Negulant. dict. memb. 4. num. 79. Nouell. supr. part. 10. nu. 38. vers. Et ex ista, Barbof. part. 3. num. 34. vers. Postremo, Gait. de credit. cap. 4. in appendic. num. 213. in fine, Griuell. decif. 67. vnde qui cum expressa hypotheca contraxerunt cum viro, post promissionem, & ante matrimonium contractum, potiores erunt. Ratio est: quia dos esse non potest sine matrimonio, l. 3. ff. de iur. dot. vnde prius existeret debet hoc, quam illa, quæ antequam sit, nullum habere potest hypothecæ privilegium, cū non entis nullæ sint qualitates, leius qui in provincia 4. ff. si cert. petat. de quo Merlin. dict. quæst. 74. à num. 7. ubi plures. Quod tamen sine controuersia non est.

<sup>16</sup> Quod ius transfert mulier in quemcumque successorem, siue universalem, siue particularem, quia non personæ, sed actioni concessum est, Olea de celsian. iur. tit. 6. quæst. 2. num. 12. Roderic. de concurs. 1. part. art. 1. num. 16. 17. Valenquel. conf. 15. num. 33. Schifordeguer. libr. 5. tract. 23. quæst. 22. Merlin. quæst. 47. num. 18. Molin. num. 4. Mantic. dict. tit. 19. numer. 7. 8. Barbof. part. 3. num. 30. vers. Præterea, Nouell. part. 12. n. 6. 7. Carubar. decif. 124. num. 6.

<sup>17</sup> E converso maritus utique obtinet tacitam hypothecam pro dote

sibi promissa, tam in bonis ipsius mulieris, quam alterius cuiuslibet, qui illam constituit, dict. l. vnica §. & vt plenius, l. 23. tit. 13. part. 5. Castill. dict. cap. 4. numer. 2. Flor. de Mecca dict. quæst. 6. art. 3. num. 7. Mantic. dict. tit. 19. numer. 1. Negulant. num. 25. Surd. dict. tit. 3. privileg. 5. n. 3. Merl. dict. quæst. 43. num. 8. Negulant. dict. memb. 4. num. 25. Bolaños ubi supra, Gutierr. dict. cap. 46. in princip. Ant. Gom. dict. num. 37. vers. Item etiam Non tamen gaudet beneficio prælationis, quæ mulier, ex dict. l. assiduis vitur, Castill. numer. 3. Mantic. dict. tit. 19. numer. 1. Gregor. Lop. in dict. l. 23. gloss. 1. Boer. decif. 328. num. 3. Bolaños dict. lib. 2. commerc. terrest. cap. 12. num. 32. Nec talis promissor hypothecam euitat, protestando, nolle sua bona pro dote obligari, nisi maritus consentiat, Petr. Barbof. in d. l. 1. p. 3. n. 27. ff. sol. matrim.

<sup>20</sup> Necdum pro dote, sed & pro bonis paraphernalibus tacita hypotheca mulieri tribuitur, nō tamen cum prælatione, Merl. q. 54. n. 3. 6. Gut. d. cap. 46. n. 2. Gait. de credito. in appē. dic. cap. 4. n. 115. Ant. Gom. d. l. 30. num. 40. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disp. 441. n. 1. Marsescot. variar. lib. 2. cap. 117. n. 1. Cancer. variar. p. 1. cap. 9. n. 17. Bolaños d. cap. 3. nu. 26. & d. cap. 12. n. 32. Negulant. d. memb. 4. n. 63. Vrsill. ad Afflic. decif. 44. n. 6. Anton. Fabr. in Cod. tit. de pact. conuent. definit. 3. libr. 5. Trentacinq. dict. resolut. 9. numer. 23. Quæ tacita hypotheca cessat, si expresse maritus bona obligauerit omnia, vel aliqua, l. fin. C. de pactis



coquent. vbi notatur communiter.

- 22 Sunt autē paraphernalia bona, quæ maritus extra dotem vxoris (cuius sunt propria) consensu tacito, vel expresso admittit, Merlin. dict. quæst. 54. nu. 1. Gregor. Lop. in dict. l. 17. tit. 11. part. 4. Menoch. conf. 56. num. 2. cum sequentibus, Surd. de aliment. tit. 1. q. 33. num. 16. Gutierrez. & alij proxime laudati. Quid in donationibus inter, docet Castill. num. 31. Gratian. discept. cap. 33. n. 15. Sanchez. de matrimon. lib. 6. dip. 7. num. 15.

*Verf. Eodem pacto est accipiendum.*

- 23 Pro rebus donatis propter nuptias mulieri competit tacita hypotheca, non verò prælationis privilegium, Neguliant. d. memb. 4. num. 64. Isidorus in §. fuerat antea, num. 40. inst. de action. b. Myfing ibi, num. 21. Alciat. in cap. com. contingat, num. 13. de iureiur. Merlin. q. 55. nu. 13. Barbof. in d. l. 1. part. 6. nu. 16. Bolaños d. cap. 3. num. 27. & d. cap. 12. num. 32. Ant. Gom. in dict. l. 50. nu. 41. Gregor. Lop. in d. l. 23. gloss. 2. in fine. Cancer. num. 16. Castill. n. 31. quod limitat num. 39. si remuneratoria fuerit, cui etiam erit prælationis privilegium. Sed si mulier agat, non ut donationem lucretur, sed ut ea feruetur, tū pro securitate dotis, tum ad onera matrimonij supportanda prælationis privilegio frui poterit, sicut D. Couart. videtur, cui consentiant, Merlin. num. 4. Barbof. in d. l. 1. part. 4. num. 31. Amat. Roderic. in tract. de concurs. & priuil. credit. part. 1. art. 1. nu. 21. Idem est quoad arthas, l. 29. tit. 13. part. 5. Cast. num. 34. Gu-

tier. pract. lib. 2. quæst. 17. num. 5. Ant. Gom. num. 41. qui ampliat ad sponsaliciam largitatem, & lucra matrimonialia, pro quibus mulier habet hypothecam sine prælatione. Quod vltimum negat cum alijs Mena supr. num. 3. & meritò.

Habet etiam mulier tacitam hypothecam cum omni privilegio, pro dotis augmento, Merl. quæst. 50. apud quem plurimi, Cancer. n. 4. Casanat. conf. 54. 2. numer. 34. Trentacing. n. 22. Roland. quæst. 100. nu. 6. Nouell. in d. l. 1. num. 46. ff. sol. matrim. Menoch. conf. 453. num. 6. & de præsumption lib. 3. præf. 29. num. 78. & præsumpt. 45. num. 16. Barbof. in rubrica, p. 3. n. 65. prop. fine, ff. solut. matrim. Flores de Mena, variar. lib. 1. cap. 6. art. 3. num. 10. Quod debet intelligi quando mulier ipsa suam dotem auget, sed cum vir aliquid in dotis incrementum vxori confert, bene datur pro eo hypotheca: at ius prælationis denegatur, Cancer. supr. Neguliant. dict. memb. 4. n. 46. in fine, Fulgos. conf. 92. Natta conf. 253. n. 7. Rota decif. 246. nu. 3. part. 2. in recent. Merlin. num. 10. Cyriac. tom. 1. controu. 95. num. 10. n. & talis hypotheca non trahitur retro ad tempus, quo dos principalis fuit constituta, sed incipit à die promissi augmenti, vel traditi, si non præcesserit promissio, ex quo apparet, aliam esse hypothecam dotis principalis, & aliam augmenti, Merlin. num. 15. 16. Negul. supr.

Controvertitur, num pro alimentis vxori debitis ex sua dote, matrimonio constante, habeat in bonis viri tacitam hypothecam: & affirmatiuè magis communi-

Ad fundamentum ex cap. fin. de consecrat. Eccles. vel altar. dicendum est, idè non posse simplicem Sacerdotem etià ex delegatione Episcopi administrare hoc Sacramentum, quia ex institutione Christi Domini desideratur commissio Romani Pontificis, cui tantum specialiter iudulsa potestatem, ut possit ministerium hoc simplici Sacerdoti demandare, quod Episcopis non concessit; ita communiter DD. de quo Angles supr. tit. de Confirmat. Barbof. supr. num. 4. Nauarr. conf. 14. num. 2. de priuileg. in nouis. Coninc. & Monet. vbi proximè, Grass. part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. 30. Fr. Emman. quæstion. regular. tom. 1. quæst. 18. articulo 5. Azor. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 4. vers. Imprimis, Bonac. dict. disp. 3. num. 8. Suar. dict. sect. 2. vers. Secunda pars.

Ibi: His quidem, & alijs fundamentis.

30 Quod simplex Sacerdos neque ex delegatione Papæ potest Sacramentum hoc administrare, præter laudatè hic à D. Couar. sententia, Albert. in 4. dist. 7. art. 4. Bonavent. ead. dist. art. 1. quæst. 3. Gabriel, quæst. vnic. articulo 2. conclus. 3. sed contrarium est tenendum de quo infra n. 56.

## Num. 9.

31 Minores ordines Sacramenta non esse, cum Durando tenentur Magist. O 3 sen.

sentent. 4. dist. 24. vbi eos ab Ecclesia introducos esse, asserit, Nauarr. dict. cap. 22. n. 18. Sor. in 4. dist. 24. q. 1. artic. 4. Vazquez disp. 237. cap. 2 in princip. Medin. de Sacror. homin. cōtinent l. 1. cap. 46. Martin. de Ayala de tradit. Apostolor. part. 2. cap. de ordine, §. Synodus, Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 54. num. 4. vers. Assertio quart. in fine, & Sanch. hoc probabilissimū dixit de matrimon. lib. 7. disp. 31. n. 17.

33 Contrarium tamen receptius est, Suar. d. vers. Ad argumēta, Bonac. de Sacram. ordin. disp. 8. quzst. vnic. punct. 2. num. 2. vers. Tertia sententia, Cominch. disp. 28. dub. 6. Valent. d. tom. 4. disp. 9. quzst. 1. punct. 4. vers. Tertia opinio, Victor. de Sacram. num. 226. Bellarm. tom. 3. lib. vnic. de Sacram. ordin. cap. 6. 7. 8. Molfesi. tract. 2. cap. 1. n. 29. Franc. Ferrar. lib. 4. contra gentes, cap. 65. Aug. Barbof. de potest. Episc. p. 2. alleg. 2. nu. 21. Sanch. consilior. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 7. nu. 3. Thom. Valac. tom. 1. alleg. 2. num. 9. Hurtad. de Sacram. tom. 2. tract. de ordin. diff. 9. Cardos. in prax. iudic. verb. Sacramentum, tract. de Sacram. ordin. quzst. 3. num. 3. Campan. in diuers. iur. canon. rub. 1. nu. 13. Turrecremar. in cap. clericor. num. 12. 13. dist. 21. Tabiena in sum. verb. Ordo 1. q. 5. Abul. super cap. 26. Matth. q. 74. D. Bouaent. in 4. sent. dist. 24. p. 2. art. 1. quzst. 1. Viquer. lib. instr. cap. 16. §. 6. vers. Tercio, & à Christo Domino quatuor minores ordines fuisse iustitatos, expressim asserunt Sanch. num. 4. Barthol. à Ledelm. de Sacram. ordin. dub. 1. Viquer. vers. Quatto, Vualdēf. de Sacramen. cap.

116. Palacios in 4. sent. dist. 24. quzst. 1. Capreol. ibi, quzst. 1. art. 3. ad 2.

Ibi. De prima quidem tonsura.

De prima tonsura dubitatur, nam 34 Theologi negant communiter Sacramentum, aut ordinem esse, sed dispositionem quandam ad ordines, sicut nouitatus ad Religionem, quod insinuari videtur Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 2. & sustinet, Dian. part. 6. tract. 8. resol. 29. Dicastill. de Sacramēt. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 2. num. 18. Leand. cum plurimis eod. tract. tom. 2. tract. 6. disp. 1. quzst. 4. Sanch. sup. dub. 6. num. 6. Bonacin. dict. quzst. vnic. punct. 1. num. 6. Sed Sacramentum, & ordinem esse, defendunt Iurisperiti sequuti glossam magnam, verbo, Episcopatus, in proxm. lib. 6. decretal. Ita tenent Gregor. Lop. in prog. tit. 6. part. 1. Viuian. in prax. iur. part. 2. lib. 6. cap. 1. num. 7. Garc. de benefic. p. 7. cap. 1. num. 1. Guid. Pap. decis. 449 num. 1. Mart. vot. 14. num. 2. quam opinionem apud Rotam obtinuisse, testis est Barbof. in remission. ad d. cap. 2. Concil. num. 1. ad finem, qui plurimos vtriusq. partis auctores laudat, ipse tamen dubitat. dict. allegat. 2. num. 18. Adde textum in cap. cum contingat 11. de ztat. ordin. vbi gloss. verb. Abbati,

Num. 10:

35 Posse Papam committere simplici Sacerdoti collationem minorum ordinum, est ferē omnium, Suar. vbi proximē, Victor. n. 234. Bellarm. de cleric. lib. 1. cap. 27. Nugn. in 3. p. D.

D. Thom. quzst. 38. art. 1. Azor. p. 2. lib. 4. esp. 1. quzst. 12. Henric. lib. 10. cap. 23. Valent. dict. disp. 9. q. 2. punct. 1. in princip. Filliuci. tract. 9. cap. 5. quzst. 2. Bonacin. supr. punct. 4. n. 3. Sic Nicolaus III. per bullam, quam adducit Rodrig. in bullar. & est 2. inter bullas huius Pontificis, concessit fratribus Dominicis, vt possint de nouo conuerti ad fidem ordines minores conferre, Pellizzar. in manual. regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 180. Sanch. dub. 18. num. 6. hoc aduersus alios ampliat, etiam si Pontifex non sit Episcopus consecratus. Sed num. 7. cum D. Thom. Paludan. Capreolo, Victoria, & alijs docet, non posse huiusmodi delegationem facere, ei qui Presbyter non sit, & num. 8. contra Petr. Sor. lect. 5. de ordin. probat, Episcopis non licere, horum ordinum collationem simpliciter Sacerdoti committere, vbi refert Victor. d. num. 234. & alios.

36 Abbates regulares benedicti quasi si Episcopalem iurisdictionem habentes ex commissione, ac priuilegio Sedis Apostolicę poterant de iure communi subditis suis, tam secularibus, quam religiosis ordines minores conferre, cap. Abbates 3. de priuileg. in 6. Flores de Mena variar. lib. 3. cap. 24. num. 14. Mirand. in manual. Przlator. tom. 1. quzst. 38. art. 9. conclus. 1. Rebuff. in prax. lib. 1. tit. de Cleric. & 2. quib. num. 14. Valent. d. disp. 9. quzst. 3. punct. 2. Tamburin. tom. 3. de iur. Abbat. disp. 5. q. 11. n. 70. Bonac. dict. num. 3. Gratius in aurre. decision. part. 1. lib. 3. cap. 5. de regular. num. 142 156. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 10. quzst. 7. & part. 2. lib. 3. cap. 48. quzst. 15. Sanch. d. cap. 1. dub.

19. num. 5. n. 12. facit textus in dict. cap. cum contingat, & in cap. 1. 69. dist. sed ad hoc eos Sacerdotes esse oportet.

Hodie verò talis facultas coarctata est ad subditos religiosos per Trident. sess. 23. de reformat. cap. 10. Barbof. de potest. Episcop. allegat. 3. n. 12. 13. Nald. in sum. verb. Abbas, num. 3. Pellizzar. num. 176. Rota apud Seraphin. part. 1. decis. 985. Suar. de eligion. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 21. Machad. tom. 2. lib. 5. part. 3. tract. 1. document. 2. nu. 2. Cast. Palao tom. 4. tract. 27. punct. 14. n. 4. quanois refragetur Sanch. supr. num. 19. 20. quia non fit in dict. cap. Concilij expressim mentio de priuilegio Abbatibus concessio per generalem Synodum, de quo Dian. part. 11. tract. 2. resolut. 17. & 30. vbi latē.

38 At admissio, quod derogatum est priuilegio Abbatum per Tridentinum, vt fert communis, controuertitur, verum nouitij possint per Abbates ordinibus minoribus initiari: asserunt gloss. in d. cap. Abbates de priuilegijs in 6. Suar. supr. nu. 12. Pellizzar. num. 177. Layman, lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 2. Tamen communis sententia est in contrarium, Gratian. discept. forens. cap. 741. num. 6. Hieronym. Roderic. in compēd. resolut. resol. 106. num. 1. Henric. d. lib. 10. cap. 23. §. 3. in comment. lit. G. Emman. Rodrig. quzst. regul. tom. 3. q. 23. art. 1. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 9. num. 9. Barbof. d. alleg. 3. num. 8. Dian. dict. resol. 30. in fine, Nauarr. supr. cap. 27. num. 158. Mirand. in manual. Przlator. tom. 1. quzst. 38. artic. 9. conclus. 2. in fine, Lap.

Lap. in cap. cum pullos, num. 3. de tempor. ordinat. in 6. Ancharan. ibi, num. 3.

- 39 Cardinales itidem Presbyteri minores Ordines ex tacita concessione Pontificum suis familiaribus conferunt, Valent. d. punct. 2. Bonacin. d. nam. 3. sed Sanch. dict. dub. 19. num. 21. tale privilegium, & consuetudinem sublatam esse, putat, per cap. 10. Concilij, quem pluribus laudatis impugnat Dian. p. 5. tract. 2. resol. 4.

Ibi. Atque ita verius esse censet.

- 40 Maiorum, seu Sacrorum ordinum collationem non posse Pontificem simplicem sacerdoti committere, communitur tenetur, Sanch. d. dub. 13. n. 10. Bellarm. de Sacram. ordin. cap. 7. prope finem, Hennig. dict. lib. 10. cap. 23. Suar. de relig. tom. 1. disp. 11. sect. 2. num. 6. Emman. Rodrig. supr. tom. 3. quæst. 18. art. 3. Barbof. dict. alleg. 3. num. 4. Bonacin. dict. num. 3. vel. Ordo vero, Victor. in sum. nu. 237. Vuald. in candelab. aur. tit. de ordin. 8. de ministr. vel. Octavo si Papa, Nauarr. conf. 14. de privileg. Petr. Sor. lect. 5. de Ordin. Tabien. verb. Abbas, quæst. 5. Bartholom. à Ledelm. de Sacrament. ordin. dub. 11. Scot. in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 3. Doza ibi, quæst. 2. art. 4. Martin. Fornar. de Sacrament. ordin. cap. 5. n. 2.
- 41 Sunt tamen, qui sentiunt, posse ordinem diaconatus, ac subdiaconatus administrari à simplice Sacerdote ex commissione Summi Pontificis, de quo Filluci. d. tract. 9. cap. 5. quæst. 2. num. 94. qui in subdiaconatu loquitur, Turrian. in addition. ad Concilium Nicen. cap. 4. Victor. num. 235.

Vazq. de Sacrament. ordin. disp. 243. cap. 4. Pellizzar. num. 176. pro quibus est bulla Innocentij VIII. quam refert Rodrig. in bullar. & est quædam in ordine, qua indulget Abbati Cistercij, qui est Generalis illius religionis, ut possit diaconatum, & subdiaconatum omnibus suis religiosis conferre, Abbatibus verò particularibus eiusdem ordinis, ut hoc ipsam facerent unusquisque in proprio monasterio quoad religiosos sibi subditos, & Victor. dict. nu. 235. testatur, se vidisse Bullam, in qua Pontifex simplici Sacerdoti concesserat, ut possit subdiaconatus ordinem conferre.

#### Num. 11.

De potestate necessariæ ad absolutionem Sacramentalem, Valent. d. tom. 4. disp. 7. quæst. 10. punct. 2. Becan. de Sacrament. cap. 38. quæst. 2. Bonacin. de Sacrament. pœnit. disp. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 7. cum sequentibus, Coninc. disp. 8. dub. 2. Filiuc. tract. 7. cap. 7. q. 4. Lug. de Sacrament. pœnit. disp. 19. per totam, & plurimi congesti à Barbof. in remissionibus ad Concilium Trident. Sess. 14. num. 1.

Ex quibus sunt non nulla obseruanda. Primum, potestatem iurisdictionis ad absolvendum esse necessariam de iure Diuino, Becan. num. 2. Suar. tom. 4. de pœnit. disp. 24. sect. 2. num. 7. Bonacin. supr. dict. num. 7. Secundum, in articulo, aut periculo mortis quemlibet Sacerdotem habere absolvendi potestatem, quam Ecclesia illo casu delegat, & sic non est de iure Diuino, sed Ecclesiastico, ita Sor. Turrecremata, Medina, D. Bo-

nauca-

navent. & Antonin. apud Becanum sup. q. 4. n. 2. Bonacin. n. 9. Vazq. tom. 4. in 2. part. quæst. 93. articul. 1. dub. 3. & 4. Lug. disput. 30. section. 10. numer. 201. Tertium, à peccatis venialibus licere cuilibet Sacerdoti absolvere, quia hæc non subiunguntur clauibus Ecclesie, cum non debeat de necessitate cōfiteri, atque ita pœnitens potest se subijcere cuilibet habenti ordinis potestatem, applicando materiam ab omni iurisdictione liberam, Becan. ex alijs q. 6. Dian. part. 9. tract. 9. resol. 29. vel. Dices, Bonacin. n. 8. Suar. supr. num. 8. Vazq. d. art. 1. dub. 6. num. 5. & alij plures. Idemque est de mortalibus iam ritè confessis, & hæc locum obtinent etiam in Sacerdote hæretico, vel degradato, ut ipsi aduertunt.

#### Vel. Tertiò probatur.

- 46 Textus in dict. cap. peruenit 95. distinct. meminit Suar. dict. disp. 36. sect. 2. vel. Dicendum verò est, ubi ab obiectione Durandi, & Paludani alteri Pœnitentem defendit sentiens, potuisse eo casu errare, quia non definebat, aut docebat, sed dispensabat, ait tamen, non esse verosimile, virum tam sanctum, ac doctum Ecclesie Præulem in re a deo graui, & quæ esset maximi detrimenti toti prouincie illi, se periculo errandi exposuisse, sed quod omnino certum erat, sibi licere, fecisse. Alias solutiones ad idem caput refert, & impugnat idem Suar. vel. Est autem cum seqq. Sed an Pontifex errare possit in eis, quæ circa mores statuit non pro vniuersa Ecclesia, ut in presentis disputatur de quo Barbof. in cap. si Papa, nu. 25.

cum sequentibus 40. dist. Albert. de assert. Catholic. quæst. 30. n. 22. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontific. cap. 2. vel. His notatis, Dian. p. 11. tract. 2. de infallibilit. Decret. Rom. Pontific. ext. Concil. resol. 13. qui latè probat, Papam ex Cathedra quicquam determinatam, nunquam errare posse, per totum tractatum.

#### Num. 12.

Diximus supr. num. 5. Pontificem aliquid circa fidem definitum errare non posse, quod est de fide, ac probant ultra laudatos ibi, Cano in loc. Theolog. lib. 6. cap. 3. propos. 3. Albertin. vbi supr. dict. quæstion. 30. à num. 19. Dried. lib. 4. de dogmatib. cap. 3. num. 3. Vualdenf. lib. 2. fidei cap. 47. 48. Victor. in relect. de potest. Eccles. Caramuel in Theolog. fundament. fund. 8. num. 109. Dian. vbi proximè resol. 2. Qui tenet, Papam nec ut personam priuatam circa fidem errare posse, resol. 22. vel. His tamen. Imò neque in rebus moralibus, quas tradit pro vniuersa Ecclesia, quod verum est quoad substantiam, nam quoad circumstantias errorem potest pati, veluti multiplicando præcepta, vel excedendo in pœnarum impositione, Suar. de fid. disp. 5. sect. 3. num. 4. 7. D. Anton. 3. part. tit. 2. cap. 3. §. 2. Cano, supr. lib. 5. cap. 5. quæst. fin. Molin. de iust. & iur. disp. 225. Bellarm. d. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 5. Innocent. in cap. per venerabile, qui fil. sint. leg. Aug. Barb. in collect. ad dict. cap. si Papa num. 23. vbi latissimè, Valent. de obiect. fid. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 40. Bañes, 2. 2. quæst. 1. articul. 10. dub.

6. Dian. resol. 43. vers. Verum his, qui restatur, ita definitum esse per Martin. 5. in Conc. gener. Constantiens. in Bulla, quæ incipit: Inter cunctas pastoralis, quæ est post ultimam sessionem Concilij.

48 **Quæstionis est, num Pontifex teneatur Cardinales consulere in causis Fidei, & alijs grauib. ad earum decisionem: Et pro veraque parte est communis opinio, teste Ceual. tom. 1. quæst. 645. de quo disputat Barbof. vbi proximè à num. 15. ad 22. & tandem resoluit, non esse necesse à Cardinalibus consilium postulare. Est tamen conueniens eos congregare, vt vsu receptum est, nam licet assistentia Spiritus Sancti infallibilem definitionem reddat quoad causas Fidei, vel pertinentes ad statum vniuersalem Ecclesie, non ideo contemnenda sunt humana media, quæ ad rectam decisionem possunt conducere, & hanc sententiam tenent Cardinal. Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. Valenquæ. in monit. Paul. V. p. 6. n. 97. 98. Dian. part. 5. tract. 2. resol. 4. vers. Sed his, Manfred. de Cardinal. dist. 137. Bouad. in polit. lib. 2. cap. 4. num. 16. Mench. illustr. cap. 23. Casfane. in cathalog. glor. mund. part. 3. confid. 47. Ceual. q. d. 645. n. 3. cum seqq. Marc. Ant. Cuch. de institut. maioribus, lib. 2. tit. 2. de Summo Pontif. nu. 59. Gab. Paleo. de Sac. Consistorij consultat. part. 1. q. 3. Dionys. Paul. de vera quat. Patriarchal. Sedium erection. cap. 20. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 262. num. 56. Ad textum autem in cap. per venerabilem 13. §. qui autem, vers. Sunt autem, qui fil. sint legit. iun.**

60 cap. fundamenta 17. §. decet, de elect. in 6. ex quibus multi apud Barbof. Ceual. & Mench. contrarium tenent, respondetur, non probari, esse de necessitate consilij petere à Cardinalibus, sed de honestate, ac decencia.

## Num. 18;

49 **Quod pontifex errare non potest in Sanctorum canonizatione, cum D. Couarr. DD. communiter assentiant D. Bernad. epist. 147. ad Lugdunens. Bellarmin. de Sanctor. beatitud. cap. 5. D. Anton. vbi supr. Suar. dict. sect. 8. nu. 8. Azor tom. 2. lib. 3. cap. 6. q. 5. Valent. tom. 1. disp. 2. quæst. 1. punct. 7. §. 40. vers. Itaque quod ad Anconit. de potest. Ecclesie, quæst. 14. art. 3. Dried. de dogmatib. cap. 1. Iacob. Castellan. de canonizat. Sanct. quæst. 9. art. 3. Mascard. de probat. conclus. 261. num. 56. Barbof. vbi proximè, num. 28. cum seqq. Dian. dict. part. 11. tract. 2. resol. 15. vers. Verum omnino, & resol. 18. vbi ait, hoc esse de Fide ex Turrian. 2. 2. tom. 1. disp. 17. Dub. 6. Castr. Palao, tom. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 5. §. 4. num. 2. Arriag. in cursu Theolog. tom. 5. disp. 9. sect. 5. num. 28. Et quid de Beatificatione, docet idem Dian. resol. 17. licet teneant contra præcipuam conclusionem aliqui laudati à Mascard. sup. in principio, quorum opinio impia, & temeraria est censenda, Vualdens. tom. 3. doct. tit. 14. cap. 11. & sequenti, Castro lib. 1. de iust. hæret. punit. Anconit. dict. quæst. 14. & seqq. Suar. vbi proximè, Dian. dict. resol. 18.**

Vers.

Vers. Quæ autem.

30 Ita hunc locum, qui D. Augustino tribuitur, solent DD. interpretari, vide Barbofam vbi nuper, qui alter eum intelligit. Vltra quæ dici poterit, de eo cultu, quem Sanctorum Canonizationum reliquijs exhibemus, ea verba non esse intelligenda, sed de quadam reuerentia, qua sepius prosequimur cadavera hominum, quos sanctitate, ac eximij virtutibus floruisse, credimus, in quo falli possumus, quia forsitan eorum animæ cruciantur in inferno & tamen licitum, ac pium putabatur, ex sola morali certitudine per famam, aut ab homine fidedigno habita huiusmodi hominum reliquijs venerari. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 8. Pellizzar. dict. tract. 8. cap. 3. num. 77. vers. Aduerto sexto, Sanch. in decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 4. Pagund. in prim. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 6. Sed nouissimè emanauit decretum Sacre Congregationis generalis, ac vniuersalis Inquisitionis die 2. Octobris anno 1625. quo Urban. VIII. statuit, ne, alicuius hominis, etsi de eius martyrio, aut Sanctitate egregia esset fama, reliquijs, vel imaginibus venerari, aliumvè cultum ipsi exhibere in locis publicis, vel priuatis, liceret, antequam ab Ecclesia Beatus declaretur, aut canonizetur, Barbof. in remission. ad Concil. Trident. sess. 25. cap. de inuocat. venerat. & reliq. Sanctor.

Vers. Es tamen constanter.

32 De veneratione reliquiarum, ac imaginum Sanctorum, Trident. dict. cap. de inuocat. vener. & reliq. Sanct.

Bellarmin. de Sanct. lib. 1. cap. 1. cum seqq. Azor tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 1. vsque ad 4 & cap. 10. à q. 6. vsque ad 9. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 11. punct. 6. per totum, Suar. tom. 1. in 3. part. q. 25. disp. 6. Vazq. de adorat. imagin. lib. 3. disp. 3. à num. 78. Sanch. d. cap. 43. per totum, vbi num. 2. rationem reddit, cur non licet venerari vermes ex cadaveribus Sanctorum, vt eorum reliquijs, Pellizzar. d. num. 77 & alij apud Barbof. in d. cap. Concilij, n. 1. Ex quo decreto constat, Episcopi proprium munus esse approbare reliquijs Sanctorum, qui sunt Canonizati, an eius sint, cuius esse, fertur, Philarc. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem, Sanch. d. cap. 43. nu. 14. Pellizzar. vbi proximè. Sed h. reliquijs Sancti canonizati misceantur cineribus non sancti, ita vt separati nequeant, non sunt, vt adorentur, proponendz, sed in loco decenti collocantur, Pellizzar. dict. num. 77. vers. Aduerto secundo, Sanch. num. 12.

56 Pontificem posse facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis simplici Sacerdoti committere, teceptissimum est, Suar. dict. tom. 3. disp. 36. sect. 2. vers. Dicendum verò est, D. Antonin. p. 3. tit. 14. cap. 14. §. 6. Valent. d. disp. 5. quæst. 2. punct. 1. Victor. de Sacram. quæst. 50. Bellarmin. cap. 12. de Confirmat. Bonacin. d. disp. 3. quæst. vnic. punct. 2. num. 3. Pitigian. dist. 7. quæst. i. art. 5. 10. 13. Vazq. in 3. p. quæst. 7. 2. art. 3. disp. 2. 19. cap. 1. num. 3. Grassi sup. part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. 30. Armendar. in addition. ad Recopil. legum Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. num. 77. Nauarr. conf. 14. de priuileg. num. 2. Angles sup. tit. de Confirmat. art. 8.

con.

conclus. 3. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 2. num. 3. Viuald. dict. tit. de Confirmatione. cap. 4. num. 5. Piafec. in praxi Episcopali, p. 1. cap. 3. de Confirmat. num. 1. Emman. Rodriguez, quzst. Regulatiu, tom. 1. q. 18. art. 3. Azor. p. 2. lib. 3. cap. 30. q. 4. vers. Imprimis, Monet. de comu. vit. volunt. cap. 4. num. 110. Filiuc. tract. 3. num. 13. 26. August. Barbof. dict. alleg. 30. num. 4. qui num. 5. ex alijs refert, Iesuiter apud Indos eam facultatem habuisse. Negant verò nonnulli, quos laudat Suar. supr. vers. Propter hanc, & nos proximè num. 31. Illud certum est, nullum, qui Sacerdos non sit, posse etiam ex delegatione Papæ, Confirmationis Sacramentū ministrare, Filiuc. sup. tract. 3. n. 27. Barbof. dict. alleg. 30. n. 4. Nec Chrismatis cōsecrationē simplici Sacerdoti per Pontificem cōmitti, Bonac. sup. punct. 4. num. 9. Barbof. n. 6. Suar. dict. disp. 33. sect. 3. num. 3. vers. Nihilominus, Chamerot. supr. dict. tract. 3. cap. 5. in fine, Henric. lib. 3. cap. 2. §. 2. Quauis contrariū etiam sit probabile, vt Suar. & alij sententur.

- 57 Quatuor hic scitu digna oportet adnotare. Primum, Pontificem, si eligatur, qui non sit Episcopus, ante consecrationem Episcopalem iure posse delegare simplici Sacerdoti prædictam facultatem, nam hæc potestas delegandi non est annexa ordini Episcopali: Et si inficietur Paludan. dist. 7. quzst. 4. num. 51. Secundum, mortuo Pontifice, qui commisit, non extingui potestatem delegatam, sed adhuc ea vti posse delegatum. Tertium, non esse necessariam nullam causam ad huiusmodi cōmissi-

sionē, saltem ad valorem Sacramenti, & si perperam faceret Papa, si pro libito nulla vigente necessitate, delegaret. Vltimum, quando à principio fuit necessitas ad committendum, licet ea cesset, non expirare concessam facultatem. Hæc Suar. dict. sect. 2. vers. Tertia pars, cum duobus seqq.

Vers. *Exeat de hac re.*

Ad hunc canonem Concilij Tridentini, qui est sub sess. 7. vbi de Confirmatione, vide allegatos a Barbof. ibidem, num. 3.

Vers. *Quæ si minister.*

Constat, simplicem Sacerdotem esse extraordinarium ministrum huius Sacramenti ex institutione Christi, Bonac. Suar. & reliqui nuper laudati, num. 56. alioquin Pontifex efficere non posset, vt illud validè administraret, Episcopum verò ordinarium, de quo supra num. 25.

Num. 14.

Cum ex institutione Christi ordo Episcopalis necessariò desideretur, vt quis tanquam ordinarius minister cōferat Sacramentum Confirmationis, nullo iure humano effici potest, vt qui Episcopus non est, illud ordinaria potestate validè administraret, hoc enim esset mutatio in substantia libus Sacramenti, quod cum Pontifex efficere nequeat, vt dictum est supra num. 15. nec præscriptione acquiri poterit, quia non plus valet præscriptio, etiam immemorialis, quam Principis concessio, sed pari passu ambulant, vt probat adducti textus per D.

Num. 15.

D. Couarr. & Menoch. cōf. 90. num. 79. Rodulphin. de absolut. Princip. potest. cap. 2. num. 13. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 61. & quæ concedi nequeat per Principem, nulla præscriptione acquiri possunt, Menoch. supr. Afflicti in consuet. Neapolit. de prescript. num. 19. Bellam. cōf. 27. col. 1. Neque obstat, simplicem Sacerdotem esse idoneum ministrum ex commissione Pontificis, nam Christus Dominus constituit illum extraordinariū ministrū, si accesserit Papæ delegatio, quæ cōditio omnino debet adimpleri, nulloque alio modo effici potest, vt qui Episcopali dignitate, ac ordine non est insignitus, potest hoc Sacramentum validè conferre contra diuinam institutionē, cum cōditiones sint speciales, & non quæ ualēter implendæ, qui n. 2. d. 4. it. de cōdit. & demōst.

- 63 Et generaliter non posse præscribi, quæ ordini Episcopali annexa sunt, itumque necessariò requirunt ab eo, qui Episcopus non est, docent Gabriel commun. opinio. tit. de prescript. conclus. 1. num. 16. Barbof. in collectan. ad dict. cap. peruenit, num. 4. 4. distinct. Vltimo in ration. iur. Pontific. lib. 1. pag. 82. Azor. part. 1. lib. 1. cap. 19. vers. Consuetudo, lit. B. Tondut. q. benefic. p. 2. cap. 3. §. 9. n. 9. Lambertin. de iur. patron. lib. 1. p. 1. q. 9. art. 3. ex nu. 18. Et incapacitatē tempus nō tollit. Menoch. supr. cum alijs. Nec contrariū probant cap. auditis 15. de prescript. & alia à D. Couarr. relata, quoniam de his non agūt, sed de alijs, quæ cōpetūt Episcopo ratione dignitatis, vel iurisdictionis, quæ a non Episcopis possunt acquiri præscriptione, vt probat Tondut. sup. a. n. 5.

64 Controuersum est, utrum Episcopus sit ordo à Sacerdotio distinctus in quo frequenter Theologi à iuris Interpretibus dissentiant, ubi volunt non esse ordinem distinctū, sed quod per consecrationem extenditur character Sacerdotalis, data speciali potestate indigibili ad ea, quæ Episcopis solū conueniunt. Ita docent Henric. lib. 10. cap. 2. in princip. Molfes. tract. 2. cap. 1. num. 31. Homolin. de Bonis de human. vit. statib. par. 1. cap. 20. Filiuc. tom. 1. tract. 9. n. 12. Reginald. lib. 30. tract. 1. num. 5. Bonac. d. disp. 3. quæst. vnic. punct. 1. n. 3. Viguer. supr. cap. 16. §. 6. vers. Tertio, Abulens. cap. 29. Exod. quzst. 18. D. Bonauent. 4. dist. 24. part. 2. art. 2. quzst. 3. & alij multi apud Sanch. d. cap. 1. dub. 9. nu. 2. Hi, id est, Iurisprudenti defendunt, esse ordinem, per quæ specialis character imprimitur indelebilis, & potestas tribuitur specialis, & licet gloss. verb. Episcopatus in proemio, lib. 6. decretal. dixerit hoc esse contra Theologos, ex his non pauci, maximeque autoritatis in eadem ista resident opinione, Bellarmin. supr. lib. 1. de Sacrament. Ordin. capit. 3. S. 2. verb. Ordo, numer. 7. Sanch. cum alijs, num. 1. 3. Philiare; lib. 1. cap. 10. Viualdens. tom. 2. cap. 116. Nauarr. in manual. dict. cap. 22. numer. 12. Petr. Soc. supr. lect. 1. 4. Coninc. tom. 2. disp. 2. dub. 2. Valent. d. tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 4. à vers. Secundò controuersum in specie est, Barbof. dict. part. 2. alleg. 1. tit. 18. vbi plures Becan. de Sacrament. in specie, cap. 2. §. 9. 3. Zabarel. in Clemen. 2. de ztat. & qualit. ord. Viuald. sup.

tit. de Sac. Ord. num. 10. Cardinalatum verò nullatenus ordinem esse, probat Sanch. dict. cap. 1. dub. 10. n. 2. ubi alios laudat, contra Turrecrernat. lib. 1. de Ecclesia cap. 30. num. 1.

Num. 16.

65 Consecratio Episcopi nullius est momenti, si consecrandus Sacerdos non fuerit, gloss. fin. in cap. vnic. de Cletic. per salt. prom. Syluester in sum. verb. Ordo, num. 1. Sã in aphorismo. verb. Ordo, num. 25. Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 12. num. 3. Henric. Idict. lib. 10. cap. 14. Salzed. ad Bernard. Diaz in pract. cap. 24. lit. A. vers. Inter promotos, Azor. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 9. Sãch. dict. cap. 1. dub. 14. num. 8. D. Bonavent. 4. dist. 24. part. 2. art. 2. q. 3. Bellarm. sup. lib. vnic. de Sacram. Ordin. cap. 5. Viguera. d. cap. 16. §. 6. vers. 8. D. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 16. §. 17. Vazq. itam referendus, Bonacin. disp. 8. de Sacram. Ordin. quæst. vnic. punct. 1. num. 4. & omnes, qui sentiunt, Episcopatum ordinem non esse, qui & hoc necessariò fatentur, & ita verum est.

66 Sed Episcopum validè consecrari, etsi careat Sacerdotali ordine, tenetur, Batbol. supra allegat. 1. num. 38. Rendin. in promptuar. receptar. sententiar. tom. 1. tit. 38. num. 6. Fornar. de Sacram. ordin. cap. 6. nu. 5. Campanil. in diuersor. iur. canon. rubric. 10. cap. vnic. num. 3. Alzed. de præ excellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 4.

Vers. Caterum final.

67 Non est omninò certum, quod D. Couarr. in fine huius versiculi affirmat, siquidem sunt, qui concedunt,

Episcopatù ordinem esse à Sacerdotio distinctum, & tamen negant, validè in Episcopum consecrari, qui presbyteratu prius non fuerit indignus, quia dicunt, ex ordinatione Divina præcedere debere, ita Vazq. d. tom. 3. disp. 240. cap. 5. num. 54. Valent. ubi proximè, vers. lam ad primum cum seqq. Becan. d. quæst. 3. num. 4. Et quidem receptissimum est, quod Episcopus non presbyter consecrari validè minime possit, & ita est tenendum.



### AD CAPVT Vndecimum.

#### SVMMARIVM.

- 1 Materiam explicantes referuntur.
- 2 Iniuria verbalis scripturæ insertur.
- 3 Atrox iniuria verbis etiã irrogatur.
- 4 Per verbum, mentiris, fit iniuria.
- 5 Protestatio facta contraria nõ prodest.
- 6 Dicens, mentiris, obijcanti falsum, vel occultum delictum, non tenetur actione iniuriarum.
- 7 Licet in foro conscientie, obijcanti falsum, vel occultum delictum dicere in defensionem, mentiris.
- 8 Inuasorem permittere pro vita tuenda, licitum est, si aliter periculum effugiri non possit.
- 9 Honor apud honestos, nobiles, que viros pluris, quam vita, habetur.
- 10 Pro tuendo honore permissum est in utroque foro, aggressorem perimere.
- 11 Verù iniuria fiat, asserendo, verum nõ est, quod ais, aut mendacium dicis.

Aliud

- 12 Aliud est mentiri, & aliud dicere mendacium.
- 13 A consensu est abstinendum.
- 14 Inimicorum famam verbis offendere, non decet.
- 15 Ad paræ palinodiam sufficit, verba inuidiosa proferre in aliquem, similia expressis lege Regia.
- 16 Palinodiam canere cogitur, qui sponsam de presenti alterius dixerit meretricem.
- 17 Nõ qui aliõ Indem, aut Maurum appellauerit, debeat canere palinodiam.
- 18 Vnde originem habuit adagium: Palinodiam canere.
- 19 Silius runde dicatur,
- 20 Solidorum valor.
- 21 Solidus, & aureus nõ distinguuntur.
- 22 Quæ quantitas habet positi sine intentione donari, remittit.
- 23 De marabatinorù valore, remittit.
- 24 Paræ palinodia extenditur ad verba æque iniuriosa, ac lege cõceta.
- 25 Palinodiam canens, sateri debet et palam, se fuisse mentitum.
- 26 Lex nedum intendit famam iniuriam passo restituere, sed & iniuriantem infamia afficere.
- 27 Valde ignominiosum fuit Hispanis, quæ se vni mediocri, publice agnosceret.
- 28 Nobiles vulgo, Hidalgos, à palinodia canendo lege excipiuntur.
- 29 Non ita ex actõ ad hoc nobilitatem probari, necesse est, ut eum de ipsa agatur principalliter.
- 30 Clerici non canunt palinodiam.
- 31 Mens legis imponenti paræ palinodia est, ut reus amare iudiciã patiatur.
- 32 Intelligitur, l. 25. tit. 18. p. 2.
- 33 Non decet Principem, quomodolibet se restituere.
- 34 Quando teneatur palinodiam canere, qui iniuriam verbalem in ab-

sentem protulit.

- 35 Bona fama omni commodo pecuniario estimabilior.
- 36 Est thesaurus inestimabilis.
- 37 Fama saluta nisi per restitutionem nequit resciri.
- 38 Princeps iuris infamiam tollit, sed facti non potest.
- 39 Iniurias verbaliter Cardinales nõ incogit penas cap. felices de pen. in 6.
- 40 Verbi iniuriosi in Principem proferens, lese maiestatis reus nõ censetur.
- 41 Supremi Principes solens præ maiestate iniurias verbales subditorum contemere.
- 42 Obijcens verum crimen animo iniuriandi pena dignus fit.
- 43 Deservitur Burtol. distinctio.
- 44 Proferens verba iniuriosa absquò animo iniuriandi actione iniuriarum, non tenetur.
- 45 Publicè interest, crimina ad punitionem reuocari.
- 46 Obijcens crimina vera animo iniuriandi puniri temperet, equi est.
- 47 Qui provocatus iniurias, vitius est plebendus.
- 48 Sed si verba iniuriosa referat ad defensionem proprii honoris, penam non meretur.
- 49 Potest quis in foro conscientie imponere crimen occultum iniuriantis pro honore tuendo.
- 50 Si non potest inuestigari, quis suorum provocator, actio utriusque compensatione tollitur.
- 51 Sed fiscus ab utroque penam fiscolem legibus statutam exigit.
- 52 Paræ edentis, aut manifestantis famosum libellum, remittit.
- 53 Non distinguitur quoad penam, an vera sit, vel falsa, qua libello contentur.

Pa

Oppo

tit. de Sac. Ord. num. 10. Cardinalatum verò nullatenus ordinem esse, probat Sanch. dict. cap. 1. dub. 10. n. 2. ubi alios laudat, contra Turrecrernat. lib. 1. de Ecclesia cap. 30. num. 1.

Num. 16.

65 Consecratio Episcopi nullius est momenti, si consecrandus Sacerdos non fuerit, gloss. fin. in cap. vnic. de Cletic. per salt. prom. Syluester in sum. verb. Ordo, num. 1. Sã in aphorismo. verb. Ordo, num. 25. Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 12. num. 3. Henric. Idict. lib. 10. cap. 14. Salzed. ad Bernard. Diaz in pract. cap. 24. lit. A. vers. Inter promotos, Azor. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 9. Sãch. dict. cap. 1. dub. 14. num. 8. D. Bonavent. 4. dist. 24. part. 2. art. 2. q. 3. Bellarm. sup. lib. vnic. de Sacram. Ordin. cap. 5. Viguera. d. cap. 16. §. 6. vers. 8. D. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 16. §. 17. Vazq. itatim referendus, Bonacin. disp. 8. de Sacram. Ordin. quæst. vnic. punct. 1. num. 4. & omnes, qui sentiunt, Episcopatum ordinem non esse, qui & hoc necessariò fatentur, & ita verum est.

66 Sed Episcopum validè consecrari, etsi careat Sacerdotali ordine, tenetur, Batbol. supra allegat. 1. num. 38. Rendin. in promptuar. receptar. sententiar. tom. 1. tit. 38. num. 6. Fornar. de Sacram. Ordin. cap. 6. nu. 5. Campanil. in diuersor. iur. canon. rubric. 10. cap. vnic. num. 3. Alzed. de præ excellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 4.

Vers. Caterum final.

67 Non est omninò certum, quod D. Couarr. in fine huius versiculi affirmat, siquidem sunt, qui concedunt,

Episcopatù ordinem esse 2 Sacerdotio distinctum, & tamen negant, validè in Episcopum consecrari, qui presbyteratu prius non fuerit indignus, quia dicunt, ex ordinatione Divina præcedere debere, ita Vazq. d. tom. 3. disp. 240. cap. 5. num. 54. Valent. ubi proximè, vers. lam ad primum cum seqq. Becan. d. quæst. 3. num. 4. Et quidem receptissimum est, quod Episcopus non presbyter consecrari validè minime possit, & ita est tenendum.



### AD CAPVT Vndecimum.

#### SVMMARIVM.

- 1 Materiam explicantes referuntur.
- 2 Iniuria verbalis scripturæ insertur.
- 3 Atrox iniuria verbis etiã irrogatur.
- 4 Per verbum, mentiris, fit iniuria.
- 5 Protestatio facta cõtraria nõ prodest.
- 6 Dicens, mentiris, obijcienti falsum, vel occultum delictum, non tenetur actione iniuriarum.
- 7 Licet in foro conscientie, obijcienti falsum, vel occultum delictum dicere in defensionem, mentiris.
- 8 Inuasorem permittere pro vita tuenda, licitum est, si aliter periculum effugiri non possit.
- 9 Honor apud honestos, nobiles, que viros pluris, quam vita, habetur.
- 10 Pro tuendo honore permissum est in utroque foro, aggressorem perimere.
- 11 Verù iniuria fiat, asserendo, verum nõ est, quod ais, aut mendacium dicis.

Aliud

- 12 Aliud est mentiri, & aliud dicere mendacium.
- 13 A consensu est abstinendum.
- 14 Inimicorum famam verbis offendere, non decet.
- 15 Ad paræ palinodiam sufficit, verba inuidiosa proferre in aliquem, similia expressis lege Regia.
- 16 Palinodiam canere cogitur, qui sponsam de presenti alterius dixerit meretricem.
- 17 Nõ qui aliõ Indem, aut Maurum appellauerit, debeat canere palinodiam.
- 18 Vnde originem habuit adagium: Palinodiam canere.
- 19 Silius runde dicatur,
- 20 Solidorum valor.
- 21 Solidus, & aureus nõ distinguuntur.
- 22 Quæ quantitas habet positi sine intentione donari, remittit.
- 23 De marabatinorù valore, remittit.
- 24 Paræ palinodia extenditur ad verba æque iniuriosa, ac lege cõtraria.
- 25 Palinodiam canens, sateri debet et palam, se fuisse mentitum.
- 26 Lex nedum intendit famam iniuriam passo restituere, sed & iniuriantem infamia afficere.
- 27 Valde ignominiosum fuit Hispanis, quæ se vni mediocri, publice agnoscere.
- 28 Nobiles vulgo, Hidalgos, à palinodia canendo lege excipiuntur.
- 29 Non ita ex actè ad hoc nobilitatem probari, necesse est, ut eum de ipsa agatur principalliter.
- 30 Clerici non canunt palinodiam.
- 31 Mens legis imponenti paræ palinodia est, ut reus amare iudiciã patiatur.
- 32 Intelligitur, l. 25. tit. 18. p. 2.
- 33 Non decet Principem, quomodolibet se restituere.
- 34 Quando tenetur palinodiam canere, qui iniuriam verbaletem in ab-

sentem protulit.

- 35 Bona fama omni commodo pecuniario estimabilior.
- 36 Est thesaurus inestimabilis.
- 37 Fama saluatur nisi per restitutionem nequit resciri.
- 38 Princeps iuris infamiam tollit, sed facti non potest.
- 39 Iniurias verbaliter Cardinales nõ incogit penas cap. felices de pen. in 6.
- 40 Verbi iniuriosa in Principem proferens, lese maiestatis reus nõ censetur.
- 41 Supremi Principes solens præ maiestate iniurias verbales subditorum contemere.
- 42 Obijcens verum crimen animo iniuriandi, pena dignus fit.
- 43 Deservitur Burtol. distinctio.
- 44 Proferens verba iniuriosa absquò animo iniuriandi actione iniuriarum, non tenetur.
- 45 Publicè interest, crimina ad punitionem reuocari.
- 46 Obijcientem crimina vera animo iniuriandi puniri temperet, equi est.
- 47 Qui provocatus iniurias, vitius est plebendum.
- 48 Sed si verba iniuriosa referat ad defensionem proprii honoris, pœnata non meretur.
- 49 Potest quis in foro conscientie spõnere crimen occultum iniurianti pro honore tuendo.
- 50 Si non potest inuestigari, quis suorù provocator, actio utriusque compensatione tollitur.
- 51 Sed fiscus ab utroque penam fiscolem legibus statutam exigit.
- 52 Paræ edentis, aut manifestantis famosum libellum, remittit.
- 53 Non distinguitur quoad penam, an vera sit, vel falsa, qua libello contentur.

Pa

Oppo



- 54 Opponens in iudicio aduersario eorum crimen impertinens ad causam defensionem pariri debet.
- 55 Idem est, si ad causam defensionem pertinet, si appareat, animo iniuriam obiectam fuisse.
- 56 Verba iniuriosa in iudicio prelatam, que ad causam defensionem conducunt, non animo iniuriam obiectam presumuntur.
- 57 Crimen occultum alienum reuelari potest extra iudicium ob bonum finem.
- 58 Non est peccatum, reuelare crimen occultum alterius tui, vel duobus, quos reuelans scit illud non detuleros.
- 59 Qui bona fide reuelat delictum alienum, licet non peccet, tenetur ad restitutionem famam, si absque proprio detrimento potest.
- 60 Potest quis absque culpa aliqua, se mentitum fuisse asserere, ut famam proximo restituat, quamvis verum sit, quod in ipsum dixerit.
- 61 Obligatio ad restituendam non prodeit ex prava intentione damnificantis, sed ex alio iniusto exteriori.
- 62 Qui verum dicit, non astringitur, canere pallo diem ex lege Regia.
- 63 Virum qui appellauit mulierem nuptam meretricem, aut coningatum cornutum, ut probet adulterium, admittatur, ne in legis poenam incidat.
- 64 Donatio renouatur ob grauem iniuriam verbalem illatam per donatarium donatori.
- 65 Que sit grauis iniuria, relinquatur iudicis arbitrio.
- 66 Quando, donatario exercente aliquem actum in iudicio contra donatorem, renouatur donatio.
- 67 Donatio remuneratoria ob ingratitudinem non renouatur.
- 68 Nec donatio ob causam posteam sequentiam.

69 Donatio in detrimentum tertij ob ingratitudinem donatorij non renouatur.

*De iniuria, qua verbis fit, maxime per veri criminis obiectiorem.*

**D**E iniuria, quæ verbis fit, differunt Ant. Gom. variat. lib. 3 cap. 6. num. 2. Parlad. rer. quotidian. lib. 1. cap. 17. Pichard. in §. iniuria, inst. de iniur. Ceuall. quæst. 323. Clar. in prax. criminal. verb. Iniuria, Gutier. de delict. quæst. 116. cum plurimis seqq. Surd. decis. 89. Farinac. in prax. criminal. tom. 1. quæst. 105. Azucued. in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. Dian. resolution. moral. p. 5. tract. 4. resol. 13. Tusch. lit. 1. conclus. 152. Gregor. Lop. in l. 1. gloss. 7. tit. 9. p. 7. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. num. 45. cum sequentibus. Menoch. conf. 1197. per totum.

Num: 1:

Iniuria etiam verbis fieri dicitur, cum scriptura alicuius famam maculam, quoniam ipsa scriptura loquitur, argument. l. non figura 37. ff. de actione & oblig. gloss. verb. Comuitum in l. 1. ff. de iniur. Farinac. sup. n. 4. Capel. Tholosan. decis. 127. n. 1. Bernar. Græuz ad praxim Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 104. cõsid. 1. & atrox iniuria non minus verbis, quàm factis potest irrogari, l. 20. tit. 9. p. 7. Menoch. conf. 788. n. 5. Cyriac. tom. 1. cõtrouer. 126. n. 38. Foller. in pract. crim. verb. Recipiatur defensionis, n. 11. Farin. d. q. 105. n. 100. Scot. conf. 25. per tot. tom. 2. lib. 3. Ant. Gom. sup. n. 4. Per

- Per verbum: Mentiris, iniuriam in ferri, docent communiter DD. Clar. num. 13. 14. Bellacomb. commun. opinion. 10. m. 2. lib. 9. tit. 25. num. 49. Suar. receptar. sentent. lit. 1. num. 36. Fachin. controuerf. lib. 9. cap. 12. in princip. Græuz lib. 2. conclus. 100. num. 9. cum seqq. Farinac. dict. quæst. 105. num. 310. Ceuall. n. 1. Cyriac. num. 27. cum sequentibus, Contral. in l. 1. tam angust. n. 3. ff. de seruitutibus. Vela de pœn. delict. cap. 19. vers. Alter modus, qui ita tenent, et si dicatur: Saluo tuo honore mentiris. Circa quod rectè ex alijs distinguit Menoch. cont. 41. a. n. 8. Aut enim dicitur: Mentiris, loquenti citra praxiudicium famam alterius, & tunc, et si adiciatur: Saluo honore tuo, iniuriam ad actionem tenebitur, qui, Mentiris, dixit, Farinac. num. 311. Ceuall. vbi proxime, Cyriac. d. controuerf. 126. num. 31. Ceuall. resolut. crimin. cas. 154. n. 6. nam cum per hoc verbum iuxta communem sensum iniuria fiat, protestatio ipsi facta contraria nunquam suffragatur, Barbosa. axiom. 194. Surd. decis. 246. num. 4. Mantie. decis. 100. num. 2. Marc. Ant. variat. resolut. lib. 2. resol. 55. num. 9. Menoch. num. 32.
- Aut ei, qui crimino, aut defectum famolium obicit, ab offenso: Mentiris, responderet, & hic nullo modo iniuriam actioni subijcitur, sine addat. Saluo honore tuo, sine non, Gutier. quæst. 128. n. 11. Felin. in cap. dilecti filij, ma. 20. de exception. Azucued. in dict. l. 2. num. 96. & num. 97. D. Ioan. Vela sup. cap. 16. pag. 86. Pacian. num. 43. 51. & multi apud Menoch. n. 10. Quod si verum sit, quod obijcitur, sic respondente actio-

ne iniuriam teneri, asserunt Cyriac. num. 33. Farinac. num. 321. 322. licet Menoch. a. num. 29. contra sentiat, sed Cyriaci opinio admitti poterit, cum delictum foret publicum, & non aliud. Et in foro animæ licitum est, ita iniuriam repellere, Mendoza, a. 2. disp. 70. lect. 14. §. 117. Dian. dict. p. 5. tract. 13. resol. 26. Henric. tom. 2. cap. 10. de irregular. lit. T. Valent. tom. 3. disp. 5. quæst. 16. punct. 3. vers. Potest autem, Sor. de iust. & iur. lib. 5. quæst. 9. art. 3.

Ratio est notissima, quia sicut omni iure licet vitam alteri adimere in defensionem propriam, vbi aliter periculum nequit euitari, Clement. si furiosus de homicid. l. vt vim 3. ff. de iust. & iur. l. in lege 45. §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. Pat. Molin. de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disput. 11. a. 2. D. Couarra. in dict. Clemet. si furiosus. part. 1. §. vnic. num. 12. Bonacini. de resolut. disp. 2. q. vltim. punct. 8. n. 3. Menoch. cõf. 249. n. 20. Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 3. n. 20. Valer. tom. 3. disp. 5. q. 3. punct. 4. Ita etiã permissum est, alienum honorem iniuriantis laedere, quando alio modo suum quis tueri non valet, cum honor inter honestos, nobilesque viros non minoris, imò plus, quam vita, habeatur, l. illi quidem, §. sed si dederit, ff. quod. met. caus. l. iusta 9. & ibi gloss. ff. de manum. vindict. Cyriac. controuerf. tom. 1. controuerf. 101. num. 44. cum sequentibus, Pacian. numer. 47. 48. Menoch. confil. 302. a. num. 1. Bonadill. in politicar. lib. 2. capit. 14. numer. 44. Curtell. de immunitat. Ecclesiastica lib. 1. quæstion. 31. Quare pro honore tuendo licitum est in vtroque foro, iniusta-

rem occidere, Lelsi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 9. à num. 76. Menchac. illust. cap. 11. nam. 10. & cap. 18. num. 15. Tiriac. de nobilitat. cap. 20. num. 63. cum seqq. Farinac. quæst. 125. à num. 41. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 2. cap. 1. quæst. 14. Bonacin. dict. quæst. vit. punct. 10. num. 6. 7. Petr. Nauarr. de restitut. libr. 2. cap. 15. numer. 3. Thom. del Bene de infortunitat. Eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 20. lect. 10. num. 5.

11 Sed si quis dixerit, mendacium, nõ verum, aut falsum dicit, quæritur an iniuriæ reus sit? Dubium oritur ex eo, quod aliud sit mentiri, & aliud mendacium dicere: mentitur, qui contra id, quod sentit, affirmat, mendacium asserit, qui falsum profert putans, esse verum, quæ differentia desumitur ex D. Thoma. 2. 2. q. 110. art. 1. facit cap. hominis cum seqq. 2. q. 2. Aul. Gellii. lib. 2. noct. Attic. cap. 11. Primum indecorum est ac infame, secundum non utique, atque ita sentiunt, per prædicta verba iniuriam nõ inferri, Ceuall. quæst. 123. num. 5. Corrafi. fol. si tam angusti, num. 5. ff. de seruit. Vm. lib. 9. commun. tit. de iniur. num. 137. Plaza de delict. lib. 2. cap. 1. num. 11. Padill. in l. quæstio- nem, num. 14. C. de fideicommiss. Farinac. d. quæst. 105. num. 317. Gratian. disceptat. forens. cap. 51. num. 3. Cened. collect. 148. Sed contrarium sentiunt alij, quia id conuictio non caret, Bosni. in prax. crimin. tit. de iniur. num. 7. Baiard. ad Clar. §. iniuria, num. 30. In quo tamen standum erit loci consuetudini, iuxta quam discernendum est, an illa verba importent iniuriam, nec ne, Cyriac. d. con- trouer. 126. num. 28. vbi testatur in

Mantuanæ Cinitate per ead. verba iniuriam interrogari, ac si diceretur, Mentiris.

Ibi: Igitur à conuictijs abstinentiam.

A conuictijs maximè oportet abstinere, cum Christus Dominus grauisimo supplicio dignos iudicet, qui proximum verbaliter prosequuntur iniuria, Matth. 23. cap. 5. ibi: Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit consilio, qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Vbi primo casu capitis poenæ subijcit vocantem proximum leuem aut inconstantem secundum Maldonat. ibi, licet D. Augustin. lib. 1. de Sermone. Dominic. senserit, Raca, interiectionem esse irascens apud Hebræos, vt apud Latinos, Heu. Neque inimicorum famam verbis offendere, tolerandum est, vt de Memuone Plutarch. in apotegmatis refert, qui cum pro Dario in Alexandrū Magnum bellum gereret sciens, militem, quem pecunia conduxerat, multa turpia, ac nefaria contra hostem iactare, ipsum lancea percussit, cui inquit: Ego te pascio, vt pugnes contra Alexandrum, non vt illi maledicas.

Num. 2:

Hæc Ordinamenti lex est in noua Recopilatione 2. tit. 10. lib. 8. cuius poena incurritur, quando iniurians non vtatur citis verbis formalibus, sed æquivalentibus secundum communem acceptionem, hominumque malitiam, Parlador. dict. cap. 17. num. 3. 4. veluti si maritum bonum virum animo iniuriandi aliquis appellet, vel uxorem bonam feminatam, perinde enim

enim est, ac si ille cornutus, & illa metrix diceretur, Gutier. quæst. 117. Did. Perez in l. 2. tit. 9. lib. 8. Ordinam. Parlador. num. 9. D. Ioan. Vela dict. cap. 16. num. 84. Socin. consil. 6. num. 1. Clar. in d. §. iniuria in princip. Cardinal. in cap. ex literis, notab. 3. n. 1. de consuetud. Plaza, lib. 1. cap. 1. num. 13. Petr. de Rabena de consuetud. col. 34. fol. 171. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 4. num. 76. Boer. conf. 4. n. 17. Azued. in d. l. 2. a num. 77. Idem erit cum malo animo dicitur alicui: Ego nõ sum proditor, aut in mea cognatione hæreticus nullus est; quoniam sic intelligitur, obijci crimen proditoris, vel hæretici, Perez supr. vers. Igitur maior, Cap. c. decif. 48. num. 1. Farinac. num. 104. cum seqq. Barbos. in collect. ad rubric. tit. de iniur. num. 6. Parlad. n. 10. qui varia exempla huiusmodi verborum adducit, Gutier. quæst. 120. num. 11. Azued. num. 85. Specular. tit. de aduoc. cat. §. nam nunc, num. 3. Boer. supr.

Ibi: Hic etiam ab eadem Regia.

36 Licet autem lex Regia solum loquat de muliere maritata, etiam sponsam de presenti complectitur, quæ si appelletur meretrix, iniurians poenam palinodiz sustinebit, Parlad. n. 49. Gutier. quæst. 119. Auiles in cap. 1. Prætor. verb. Mogeret, Perez supr. gloss. Marido, & gloss. Putz, vers. Quæri etiam potest pag. 230. Azued. in dict. l. 2. Recopil. n. 44 & probatur ex l. 82. styli, vbi requiratur sponsa de presenti uxori iam cognita, quoad poenæ statutas contra offendentes muliere, maritatas. Et

regulariter appellatione vxoris venit, quæ nupsit, licet nondum sit cognita, Abbas, & Fehnis in cap. tercio loco, de probationibus, D. Couarr. de matrimonio, part. 2. in princip. num. 4. Sanch. eodem tract. lib. 1. disp. n. 1. Gutier. supr. num. 12.

Ibi: Præcis etiam idem recipit;

17 Receptum esse in praxi, vt, qui alium Iudæum appellauerit, quasi ab Hebræis illum ortum esse, offendens, eiusdem legis Regiæ sanctioni subijciatur, testes sunt Gutier. quæst. 121. num. 9. Humada in l. 25. gloss. n. 5. cum seqq. tit. 18. p. 2. Aueodan. in tract. de iniur. num. 11. Perez, in l. fin. tit. 1. lib. 1. Ordinam. colum. 54. in princip. Plaza, lib. 1. cap. 1. num. 14. 16. Azued. in nostra l. 2. num. 27. ad finem, & ita fuisse indicatum per Senatam Cathaloniz, testatur Peguer. decif. criminali 13. num. 20. nam offensor coactus est, publicè canere palinodie. Quæquam dicta constitutione non comprehendi ita iniuriantes censant, Salazar de usu, & consuetud. cap. 1. num. 85. cum seqq. D. Iuan Vela pag. 89. Parlad. n. 24. qui num. sequenti aliud esse vult de eo, qui Maurum alterum dixerit, vbi rationem reddit, cui consentit Gutier. n. 10. quando iniuria affectus alijs esset nobilis, et si originem à Mauris duxerit. Idem de vocante aliū Moriscum sentit Parlad. ibidè, nã poena legis Regiæ non coarctabitur.

18 Hoc adagiū: Palinodia, canere, quo D. Couarruo. & alij in interpretatione huius legis secundæ vtuntur frequentissimè, adducit Erasmi. Chiriac. l. cent. 9. adag. 5. 9. cui si credimus,

mus, habuit originem à Stesichore poeta lyrico, qui, cum multa turpia de Helena suis carminibus edidisset, luminibus est orbatus, sed causa cæcitate nota, ipsam, quam vituperauerat, laudibus extulit, de quo dictum fuit palinodiam cecinisse, quod in proverbium abiit ad significandam retractationem eius, quod assertum fuit, & ita usurpatur à D. Hieronymo, in epist. ad D. Aug. quæ incipit: In ipso profectiois articulo filij mei.

Num. 31

iureiur. Parlador. supr. num. 1. 2.  
de quo dicendum est infra num. 7. 8.

Vnde propositio illa: Relinquo res  
omnes, per quam totum patrimo-  
nium, siue hereditas datur, iure vni-  
uersalis dicitur ab effectu, non tam  
quia sua natura talis est, quam quod  
circa vniuersitate velatur, sic iudi-  
cium vniuersale dicimus, vbi de he-  
reditate, vel patrimonio contenditur,  
sic successor vniuersalis heres, vel bo-  
norum possessor appellatur, & cui bo-  
na omnia per legatum relinquuntur,  
vniuersalis vocatur legatarius, Me-  
noch. cons. 213. num. 1. & cons. 194.  
n. 3. Parlador. ser. quotidianar. lib. 2.  
§. fin. part. 4. §. 2. num. 1. & passim  
DD.

Secunda autem propositio in hoc  
sensu vniuersalis nuncupari non po-  
test, quoniam per ipsam vniuersitas  
non tribuitur, scilicet patrimonium,  
siue hereditas, sed pars quædam bo-  
norum, propriè verò nominatur ge-  
neralis, cum sub verborum generali-  
tate plura comprehendat, non sub ra-  
tione vniuersitatis, Parlador, num. 6.  
Menoch. ex alijs, num. 23. gloss. in l.  
1. verb. Non aliter, ff. de offic. eius,  
quæ ait: vniuersale à generali in  
hoc distingui, quod in illo omnes spe-  
cies vnum totum faciunt, nec sepa-  
ratim considerantur, in hoc autè quæ-  
libet species de per se inspicitur, atque  
ita accipiendum est dictum Bartoli  
non logicè, sed iuridicè, à quo nō om-  
nino, D. Couarr. dissentire videtur.  
Vnde qui legat omnes res suas, licet  
signo vniuersali utatur, per quod  
apud dialecticos propositio vniuer-  
salis dicitur in sensu iuridico talis non  
est, quia non transfert, nec continet  
vniuersitatem, quare est vniuersalis  
respectu verborum duntaxat, non in  
re, iuxta tradenda infra num. 7. Sed  
oppo.

opponet aliquis: Si patrimonium vniuersitas est, secunda etiam propositio vniuersalis erit appellanda, quando quidem, quæ res omnes suas relinquunt, totam patrimonii, quod habet, largitur. Cui respondendum est, illam dispositionem testatoris in tempore mortis conferri, l. 1. ff. de testament. & licet secundum præsentem dici possit vniuersalis, non attenditur, nisi illud, quo dispositio effectum est sortitura, & tunc vniuersalis non est, cum non complectatur totam testatoris substantiam, vt dictum est.

6 Genus, & species non eodem modo à Consultis, ac à Philosophis usurpantur, illi vocant genus, quod huiusmodi, vt homo, & illi species, quod huiusmodi, vt Stichus, Bucephalus, l. non videtur § 3. vbi gloss. ff. de iudic. Pichard, in princip. num. 20. in l. quib. mod. re. cont. ob. Parlador, different. § 1. num. 1. cum seqq. Pet. And. in logica legal. lib. 3. Bart. in l. M. zuius, §. duobus, ff. de leg. 2. Hermos. in l. 1. gloss. 1. num. 16. tit. 1. part. 5. Genus logicorum, generalissimum, seu subalternum genus appellamus, Ant. Goro. variar. lib. 1. cap. 12. nu. 32. Donell. comment. lib. 8. cap. 19. vbi Osuald. lit. H. Mantie vbi supr. lib. 9. tit. 2. à num. 4. Minsger. & Pichard, in §. si generaliter in l. de legat. Definitio tamè generis logicæ, vt sit: Quod prædicatur de pluribus differentiibus specie, Hermos. & Parlador, vbi proximè, quoad verborum corticem, æquè nostro generi conuenit, nam homo, quod genus est apud nos, prædicatur de Caio, & Stichis, qui inter se specie differunt secundum

Consultorum placitum; cum alia species sit Caio, & alia Stichus.

7 Est cum Baldus, quem D. Covarr. refert, notandum, aliud dici vniuersale respectu verborum, vt cum terminus vniuersalis exprimitur, quod tamen quoad iuris effectus pro vniuersali non habetur, quia vniuersitas ea in suas singularitates resoluitur, aliud respectu rei, Viuian. supr. lib. 4. cap. 1. à num. 4. Ricci. in prax. decil. 179. num. 146. Garc. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 12. Rota decil. 1152. lib. 3. part. 5. diuersor. Marescot. variur. lib. 2. cap. 5. à num. 10. hoc diuiditur in vniuersitatem iuris, & vniuersitatem facti, vniuersitas iuris reperitur in hæreditate, bonorum possessione, peculio, & patrimonio, quibus aliqui dotem adiungunt, Cynic. tom. 2. controuers. § 44. num. 8. Negulaut de pignot. part. 2. memb. 4. num. 59. vers. Ego autem in dote, Bartol. in rubric. ff. sol. matrim. Matienz. in rubric. num. 1. tit. 2. lib. 5. de copil. & communem dixit Ripa in d. rubric. num. 43. ff. solut. matrimon. ad vniuersitatem facti pertinent populus, feudum, maioratus, grex, & alia plurima, & licet in hæreditate vnica sit res, vniuersitas consistit, quoniam aptitudine multa complectitur, quod in vniuersitate facti non est ita, l. si grege 22. ff. de leg. 1. l. sicut 7. iuncta gloss. libi, ff. quod cui. vniuers. nom. l. hæreditas § 3. ff. de penit. hæredit. Bald. in d. l. sed & possessori, §. cum hæreditate, Molin. de primog. lib. 1. cap. 26. num. 20. Afflicis in prax. feudor. num. 77. Bart. in rubric. ff. solut. matrimon. Parlador, d. different. § 31. num. 1. cum alijs.

Num.

Num. 3.

9 Ius patronatus, quod in Ecclesia constitui potest, triplex est, aliud dicitur Ecclesiasticum, aliud laicale, & tertium mixtum. Primum est quod competit Ecclesie alicui tanquam patronæ altetius, & Clerico eiusdem nomine, vel alicui Collegio, aut Communitati Religiosorum, siue Clericorum. Secundum, quod laicos obtinet, vel Clericus ratione patrimonij. 10 Vltimum, quod simul habent plures patroni, tamen laici, quam Ecclesiastici, eo modo, quod dictum est in primo divisionis membro. Ita tradunt Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 53. Gonzalez. ad regul. Cancellar. §. gloss. 18. à nu. 4. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. n. 220. cum seqq. Rebus. in prax. tit. de presentat. num. 5. 7. Ceual. commun. q. 282. à n. 7. Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. q. 1. art. 1. Barthol. de potestat. Episcop. part. 3. alleg. 72. n. 128. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. n. 553. cum seqq. Viuian. in prax. iur. patronat. part. 1. lib. 1. cap. 2. n. 5. cum alijs. Hinc est, quod D. Covarr. dum de iure patronatus generaliter agit, quod in Ecclesia habetur, minus propriè loquutus est, illud Ecclesiasticum appellans, quod quædam tantum species est, sed denominationem à re, in qua constituitur ius patronatus, assumpsit. Illud autè acquiritur fundatione, constructione, dotatione, cap. 3. cap. nobis de iur. patronat. cap. piz mentis 16. q. 7. Viuian. lib. 2. cap. 9. num. 5. Lambertin. supr. quæst. 6. à num. 5. Quid de privilegio, & præscriptione: docet Viuian. lib. 2. cap. 5. à num. 15. & capit. 9. num.

10 cum sequentibus. & Sanch. vbi supr. prædub. 50. & 51.

Ius patronatus Ecclesie absque laice simonia vendi non potest, atque ita vetitum est, quoniam spiritualibus est annexum, cum patronus presentet ad beneficia, quæ sunt spiritualia, vt habetur in cap. quæsitum §. de rer. permut. cap. quanto de iudic. cap. de iure 13. de iur. patr. Sanch. consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 79. num. 1. D. Felician. de Vega Archiep. Mexicanus in d. cap. quanto, num. 112. Hermos. in l. 15. gloss. 1. num. 7. tit. 5. part. 5. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 9. vbi vendenti papa interrogatur a simoniam iuris venditi, excommunicacionis, & interdicti, quas penas non incurrit ipso iure, defendit Sanch. d. libr. 2. c. 3. dub. § 2. & videndi sunt Thom. del Bene de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 19. dubit. 24. num. 17. Tondut. quæst. benefical. part. 2. capit. 5. §. 1. num. 3. cum alijs; vbi ait, non propriè committi simoniam. Sed præmissa conclusio restringitur ad ius patronatus cum facultate presentandi ad beneficia, nam patronus capellæ ius sepulchri absque simonia vendere potest, Sanch. dub. 79. nu. 4. sed Viuian. lib. 3. cap. 2. num. 43. id limitat, si sepulchrum sit autoritate Episcopi fundatum, de quo Bene supr. cap. 17. dubit. 17. à num. 9.

12 Sed si vniuersitas bonorum vendatur, sub qua ius patronatus continetur, ipsum transierit in emptorem, cap. ex literis 7. de iur. patronat. Viuian. lib. 4. cap. 1. num. 3. Olea de celsion. iur. tit. 3. quæst. 2. numer. 26. Ceual. quæst. 7. à princip. Hermos. in d. l. 15. gloss. 4. num. 1. Marescot. dict.

R

cap

- capit. 55. num. 6. Bene vbi proximè num. 4. Sanch. dub. 10. num. 2. Lambertin. libr. 1. part. 2. quæst. 5. art. 1. Item si pars vniuersitatis vendatur, veluti hæreditatis, aut Castrum, cuius patronatus annexum est, pro rata & illud in emptorem transfertur, Sanch. ibi num. 3. Lambertin. d. quæst. 5. art. 16. D. Couar. infra lib. 2. cap. 13. num. 8. vers. His verò in fine, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 23. versic. Hæc autem, Viuian. cap. 5. nu. 20. &
- 13 21. nisi pretium augeatur ratione iuris patronatus, Sanch. dict. dub. 79.
- 14 n. 2. Ratio est, quoniam cum vniuersitas distrahitur, singulæ res sub illa comprehensæ non censentur venditæ, argum. l. in modicis 24. ff. de cõt. empt. l. cum qui 2 des 23. ff. de vlcup. l. grege autem 6. ff. de leg. 2. transeunt tamen per consequentiam ad emptorẽ: hoc ius patronatus non venditur, nec simonia hoc modo admittitur, Marefcot. nu. 10. Viuian. num. 6. qui aliter hoc explicant, asserentes vniuersalitatẽ venditam non resolui in suas singularitates, quod idem est in effectu. Quod intellige, vt infra explicabitur, num. 20.
- 15 Ex quo inferitur, tum quod si in venditione vniuersitatis diceretur, ius patronatus vendi, vitaretur contractus, secundum communem opinionem, posset tamen in instrumento venditionis, absque vitio illius mentio fieri accessionis, vel declarationis, veluti asserendo, vendo villam cum iure patronatus, vel in qua ius patronatus mihi est, Viuian. num. 7. & cap. 5. à num. 13. Hermos. d. gloss. 4. num. 9. Lambertin. de iur. patron. part. 2. libr. 1. art. 2. secundæ q. principalis, Sanch. d. cap.

3. dub. 31. Tamen excepto iure patronatus, in primo casu venditio tenet Sanch. num. 8. Viuian. dict. cap. 5. num. 22. Tum vt si ius patronatus euincatur ab emptore vniuersitatis, possit hic agere de emptione pro tota vniuersitate ad pretiũ, quod pro ea dedit consequendum, non pro iure patronatus, quod non fuit venditum, Sanch. dict. dub. 82. in fine, Viuian. libr. 4. capit. 5. numer. 23. Illud hic animaduersione dignum est, quod ius patronatus non transiit in creditorem, etiam si vniuersitas, vt castrum, aut villa, cuiusplum annexum est, detur in pignus, vt docet Sanch. dub. 24. numer. 2. Barbof. in colleçtan. ad cap. cum Bertoldus de re iudic. Viuian. lib. 1. capit. 2. numer. 31. Lambertin. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 1. & 2. Armilla. verb. ius patronatus, n. 7. Tabiena ibi q. 13. Spin. in Specul. testament. gloss. 4. n. 118. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 22. nu. 7. Negusant. eod. tract. part. 2. memb. 2. n. 60. Quæ resolutio limitatur, cum creditor rei pignoratæ fructus non tenetur in sortem computare, vt maritus iuxta cap. salubriter de vsur. & dominus directus respectu rei feudalis, cap. 1. de feud. ita Sanch. n. 3. Lambertin. art. 2. Merlin. numer. 10. quicquid sentiat Barbof. supr. num. 3. versic. Ex his. Sed præcipua conclusio de iure Regio difficultatem habet, cum contrarium expressè statuat l. 9. tit. 15. part. 1. vbi Gregor. Lop. gloss. 2. notat, esse contra commune Canonistarum placitum, & in praxi eam decisionem admitti posse, dubitat, eam sequitur Couar. quæst. 7408 num. 4.

His

- 18 His cognitis, succedit præfens quæstio de fundo vendito, in quo sita erat Ecclesia, cuius ius patronatus habebat venditor, in qua præter duas opiniones contrarias, de quibus hic, est tertia sic distinguens, aut est aditus ad Ecclesiam per fundum venditum duntaxat, aut alia via etiam patet ingressus, primo casu ius patronatus in emptorem transfertur, secundo non vniue, huius sententiæ fundamentum est l. si mercedè, 55. 5. 1. ff. de action. empt. vbi ita in sepulchro decernitur, quod erat in fundo distracto, sic tenet Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 15. num. 35. cum alijs, Moz. de contract. cap. de natur. empr. & vend. num. 41. vers. Quod dicendum, & alij apud Hermos. dict. gloss. 4. num. 11. vers. Sed nullus. At negatiua opinio verior, ac magis communis est, quam sustinent vltra adductos per D. Couar. in præfenti, Salced. in addition. ad Bero. Diaz regul. 401. ampliat. 3. vers. Ipse tamen, Tusch. supra lit. l. cõclus. 612. numer. 9. 18. 23. Hermos. vbi proximè in fine,

Vers. Tertio vti conuenit.

- 19 Hanc D. Couar. doctrinam amplectuntur Hermosilla, & Salcedo vbi proximè, quæ proculdubio vera erit, quando ita constitutum fuit ius patronatus, vt non alij, quam fundi domino posset competere, quoniam tunc, vt sua natura fundo annexum cum eo in emptorem necessario transfiret accessionis cum vniuersitate, siquidem fundus quoad sibi annexa vniuersitatem dicitur continere, l. fundus mihi est, 3. ff. famil. creiscun-

da, l. cum fundus, 10. ff. de leg. 2. Hermos. num. 11. vers. Sed nullus. Ideo autem desideramus in constitutione iuris patronatus, illud annexum fuisse, nam magis placet, non posse priuatam propria autoritate ipsam fundo annexere, Hermos. num. 12.

Num. 41

De hac secunda quæstione cõsoluendi sunt Marefcot. dict. cap. 55. à num. 11. Hermos. dict. gloss. 4. numer. 6. Lambertin. part. 2. lib. 12. quæst. 5. art. 14. Viuian. dict. lib. 4. cap. 1. à num. 4. Menoch. conf. 4012 à num. 129. Sanch. dub. 80. num. 6. 7. Ex quibus hæc vera resolutio esse colligitur, quod si per hæc verba: Vendo omnia bona mea, totum vendenti patrimonium vniuersaliter vendere distrahitur, cum ipsa vniuersitate; & ius patronatus transiit, dict. cap. ex literis: at quando etiam si illa verba exprimentur, non totum patrimonium, sed genus quoddam bonorum venditur, ad quod se referunt contrahentes; vel si totum patrimonium alienetur, non vniuersaliter, sed singulæ res per se, eo casu, licet verbum, omnia, vniuersitatem denotet, cum sit solum verbalis, non veniet in venditione ius patronatus, nisi inter bona sic distracta reperiat castrum, aut villa, cui illud sit annexum, quoniam tunc vniuersitatem rei, cui adhæret, subsequetur, prout contingit, cum per se castrum, vel villa distrahitur, quod omnes fatentur, de quo videndus est Viuianus supra cap. 4. à numer. 16. vbi testatur contra D. Couar.

R 2

hic

hic Rotam decidisse, appellatione omnium bonorum ius patronatus comprehendi, & numer. 19. & 20. de venditione agens, idem docet, ac communem esse opinionem, ait: Contraria tamen cum D. Couarr. magis frequenter sequuntur DD. vt ex pzallegatis apparet, quam loqis- simè tenet Merlin. sup. n. 4. seq. debet iuxta pzemissam distinctionem intelligi.

21. Quod autem dictum est, venditio vniuerso patrimonio, & ius patronatus in emptorem transire, est limitandum, quando patronus nihil aliud, nisi id ius in bonis habebat, aut si aliquid vltra haberet, sed ita exiguum, vt pretium potius pro iure patronatus, quam pro reliquo patrimonio constitutum censeatur, Viuan. d. cap. 1. num. 11. Cardinal. in d. cap. ex literis, quzst. 11. Rocch. de Curt. de iur. patron. verbo, ipse, vel is à quo, quzst. 23. n. 4. 2. Lambertin. supra, art. 15. Sanchez. d. dub. 80. num. 10.

Num. 5:

22. Indefinita oratio ex vi propriæ significationis non æquiualeat vniuersali, sed ex interpretatione, secundum subiecta materiam, & proferentis mentem, aliquando pro vniuersali usurpatur solet, aliquando nõ vtique, Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 27. Fulgol. in l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, n. 2. vers. Nota ex hac parte glossæ, col. 2. ff. de pact. & in l. si seruitus, num. 3. vers. Nota secundum DD. ff. de seruitut. vrbanoz. pzzdior. Gutier. vbi supra, Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone, num. 5. vers. Hinc prodit, in 7. limitat. ff. de verb. signif. Pacian. d.

lib. 1. cap. 35. n. 19. Menoch. d. conf. 173. num. 25. Cyriac. tom. 1. contro. uct. 3. n. 4. Crauet. conf. 290. nu. 4. Tusch. lit. S. concl. 86. n. 26. Corne. conf. 160. n. 6. in fine, Mantio. de tacit. conuēt. lib. 7. tit. 5. n. 12. vers. Neque huic, & licet frequentissimè, vt D. Couar. in pzesenti, DD. doceant, vniuersalis vicem ex benignitate indefinitam gerere, Pacian. Tusch. & alij vbi proxime, hoc non semper verum est: nam quoties apparet de mento proferentis, quod indefinita pro vniuersali expresserit, ad huiusmodi equiualentiam nulla benignitas opus est, cum teneamur verba iuxta intentionem dicentis intelligere, quoniam illa non ad impediendam, sed ad significandam voluntatem inuenta sunt, quibus sensus semper est pzæferendus. Optimè Cicer. orat. 12. pro Aulo Cecina, n. 53. ibi: *Voluntas, si tacitis verbis intelligi possit, verbis omnino non extoremur, quia non potest, verba reperi sunt, non que impedirent, sed que indicarent voluntatem*, cap. humanz 11. 22. q. 5. l. 3. §. conditio, ff. de adimēd. leg. l. si quis filium, §. C. de liber. pzter. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. vlt. num. 45. Menoch. conf. 803. num. 61. cum alijs, Cyriac. tom. 2. contro. uct. 283. num. 12. Argel. de acquir. poss. quzst. 8. art. 25. n. 50. Aug. Barbof. de axiomatib. iur. axiom. 22. num. 1. cum seqq. Mantio. de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 3. num. 9. Maximè cum indefinita apta sit absque improprietate ad vniuersitatem significandam, si ea si mens proferentis, licet eam pzæcise per se non significet. Neque obstat l. si seruitus, 22. ff. de seruitut. vrbanoz. pzzdior. cui commune inter-

pre-

pretum dictum innititur, in qua speciali ratione humana interpretatio fuit necessaria, vt ex proxime dicendis constabit.

Ibi: *Verum aduersus hanc opinionem.*

23. Secundum quæ venit intelligendus, Vlpianus in l. 2. ff. de liber. & posthum. & omnia Decij interpretatione, nec non quam D. Couar. tradit, sapit enim vitium diuinationis, dum pzæsupponit, quod ex textu nõ colligitur, videlicet, compertum fuisse, quem ex filijs velle testator ex heredare, cum alioquin, si voluntas lateret, nulli denigere iuris posset exheredatio nocere propter ambiguitatem, quæ omnem vitiat dispositionē, l. duo sunt Titij 30. ff. de testam. tut. l. in tempus 62. §. 1. ff. de hered. instit. l. cum ex pluribus 32. ff. de manum. test. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 64. num. 4. Mantio. sup. lib. 2. tit. 4. num. 1. 20. & de tacit. conuent. lib. 1. tit. 12. num. 2. Silgad. in labe. rinth. part. 2. cap. 9. num. 6. atque ita vel omnes censeri debebant exheredari, vel nullus, nisi de quo testatorem sensisse, appareret, & hoc secundum rigorem iuris. Relictis, inquam, pzædictis interpretationibus. Dicendū est, illo casu secundum iuris regulas filios omnes fore exheredatione notandos, quia vbi æquè omnibus sub vniuersali comprehensis conuenit indefinita, vniuersaliter est accipienda necessario, l. si pluribus 44. ff. de leg. 2. vbi Bartol. Castrenf. in d. l. si seruitur, Petr. Andr. Gammar. in tract. de exten. sionib. num. 43. Tusch. lit. l. conclus. 86. num. 2. Menoch. ex multis, d. conf. 173. num. 25. Gutier. dict. q.

83. num. 2. D. Couar. infra h. cap. n. 9. quia non aliter potest interpretari voluntas proferentis, vt fortatur effectum, quem alioquin impediret ambiguitas, & cum illa propositio indefinita: *Exheredo filium meum*. Omnibus filijs pariter conueniat, conch. debebant ab hereditate remoueri, sed contrariū obtinuit suadente benignitate ad filiorum fauorem, & odium exheredationis, quæ non est interpretatio adiudata, neq; ampliatio ne fouēda, l. cum quidā 19. ff. de liber. & posthum. cap. odia, de reg. iur. in 6. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quzst. 2. n. 1. Rolād. cōf. 59. n. 32. lib. 2. Ant. Gom. variat. lib. 1. cap. 11. n. 12. Nota apud Farinac. conf. 105. n. 34. lib. 2. Quæ videtur aptus ad d. 3. intellectus in illis verbis: *Benigna interpretatio*, de quo Spin. in spec. testam. gloss. 20. n. 16. Gom. in rubric. inst. de actionib.

29. Quibus addēdū est, quod in illo textu nõ solū benignitas, sed etiā iuris ratio filios ab exheredatione tuebatur, quia filij sub potestate constituti non aliter possunt à paterna successione excludi, nisi nominatim exheredentur, l. 1. & per totum, ff. de liber. & posthum. §. 1. inst. de exheredat. liber. Merlin. lib. 5. tit. 2. quzst. 1. num. 1. Nominatim autem aliquid fieri dicitur, cum res euidenter demonstratur, l. nominatim 24. ff. de manum. testam. sed cum pater inquit: *Exheredo filium meum*, non ostendit euidenter, se velle omnes filios exheredes facere, sicut quādo exprimit: *Omnes filij meos exheredes fero*, potuit namque de aliquo sentire, cuius nomen obliuione, vel ignorantia pzætermissum putans, nõ esse necessariū nominare illū,

R 3 de

de quo cogitabat, quoniam omnibus notum erat, quis ex filijs de patre testatore malemeitos erat, ut ex haredatione dignus esset: Tamen propter vim indefinitæ quæstio fuit dubia, in qua plerique benignè pro filijs responderunt, inutilem esse ex haredationem.

- 31 Sic Vlpiano intellecto facilis inferretur solutio ad d. l. si seruitus. Nam illa indefinita, *Ne luminibus efficiatur*: non æqualiter congruebat futuris luminibus, ac presentibus; de his dubitari non poterat, quin stipulatione comprehenderentur, non sic de illis, ad quæ, ut incognita consensus non extenditur, Clemet. vlt. de rescript. l. tres fratres 36. vbi gloss. ff. de pact. l. non est ferendus 12. ff. de transact. Tusch. lit. C. concl. 754. per totam, Aug. Barbof. in collect. ad cap. qui tacet n. 12. de reg. iur. in 6. Alexand. conf. 25. num. 3. lib. 7. Bartol. in l. de certa, C. de transact. Olasch. decif. 90. num. 16. Cum verò non est eadem ratio omnium, quæ sub vniuersali continentur, indefinita vniuersaliter non accipitur, sed vt particularis restringitur ad id, cui propius conuenit, l. quæritum 76. §. illud fortassis, ff. de leg. 3. iuncta l. hæres 98. §. 1. ff. eod. & l. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. si cui lana 68. ff. de leg. 3. vbi lana legata, tincta non debetur, sufficereque differentia coloris, vt indefinita pro vniuersali non cederet, nam si omnem lanam legasset testator, etiam tincta contineretur, eum veraque vere lana sit, l. pediculis 34. §. labeo, ff. de aur. & arg. leg. sed si ex meis 26. §. fin. ff. de acquit. rer. dom. atque eo casu æquipollere indefinitam vniuersal, negant Gutier. & Menoch. vbi proximè,

D. Couarr. infra vers. Decimò, ab eodem, Tusch. d. conclus. 26. num. 29. 30. Fulgol. conf. 75. in fine, & omnes communiter, vnde constat, stipulationem luminum in d. l. si seruitus, non potuisse futura lumina comprehendere ex iuris rigore, atque idè humane fuit interpretanda mès contrahentium, vt contrarium decideret Pomponius indefinita pro vniuersali usurpata, de quo infra n. 42.

Ex his apparet, nullo modo Consultos in illis textibus inter se disside- 34 re, inspecta orationis indefinitæ differentia, nam Vlpianus agit de ea indefinita, quæ de iure debebat in vniuersalem transire, quia omnibus sub ea contentis æquè conueniebat, & non transiret, benigna interpretatione fuit opus Pomponius verò de altera diuersa, quæ iuxta iuris regulas non poterat pro vniuersali cedere, cum non pariter omnibus comprehensibile aptaretur, & vt cederet, humanitate vt, necesse fuit, perpensis rationibus, refert D. Couarr. infra num. 9. vers. Septimò colligitur, vbi de Pomponij mente iterum nobis erit agendum.

## Num. 6;

Logici, ad quos hæc præcipuè 35 spectant, indefinitam, siue affirmatiuam, siue negatiuam in materia necessaria pro vniuersali accipiunt, vt *Homo est visibilis*, æquipollere illi vniuersali: *Omnis homo est visibilis*; *leo non est rationalis*, æquivalere: *Nullus leo est rationalis*, in materia verò contingenti pro particulari cedit, vt *Homo currit*, *Scholasticus non studet*, idem est ac, *Aliquis homo currit*, *aliquis scholasticus non studet*, vide Arriagam vbi supra.

Nu-

Nom. 7.

bric. de regul. iur. in 6.

Vers. Quartò, hinc patet.

- 36 Indefinita negatiua apud Consul-  
tos æquivalere vniuersali, l. 2. penult.  
ff. de verb. signif. Pacian. d. cap. 35. n.  
17. Tusch. d. conclus. 26. n. 25. Barr.  
in l. si pluribus, num. 6. vers. Restat  
ergo, ff. de leg. 2. Geminian. in cap. vt  
circa, col. 3. vers. Tertio casu de elect.  
in 6. & hoc ex vt propriæ significatio  
nis, Pacian. pluribus laudatis, num.  
19. nam plus operatur negatiua ad  
negandum, quam affirmatiua ad af-  
firmandum, Menoch. conf. 1007. n.  
22. vbi alij, Tusch. tom. 5. lit. N. con-  
clus. 26. Marc. Ant. variat. lib. 1. re-  
sol. 20. num. 7. Surd. decif. 243. n. 6.  
Tondut. resolut. ciuil. cap. 12. num. 7.  
quæ cum malignæ naturæ sit, quid-  
quid post se inuenit, destruit, & op-  
positum ponit, Benz vbi supra cap. 19  
dubit. 11. num. 2.

Num. 8.

Ibi: *Eritque isthæc sententia*:

- 37 Indefinita in lege posita cedit pro  
vniuersali, est communis resolutio,  
Molin. de primogen. d. cap. 2. num.  
21. Gutier. supr. num. 1. in fine, Me-  
noc. conf. 261. num. 2. Sanch. de ma-  
trimon. lib. 3. disp. 44. num. 2. col. 2.  
ad finem, quod limitat Molin. ibi-  
dem, num. 27. quoad personas lege  
comprehensas, nam cum debeat esse  
communis, l. 1. i. iura 8. ff. de legib.  
quod in vna persona, vel de vno ho-  
mine indefinitè statuit, omnes vniuer-  
saliter comprehendit, Sanch. vbi pro-  
ximè, nam quoad cætera indefinita,  
vt ab homine prolata, iuxta subie-  
ctam materiam, & legislatoris men-  
tem accipi debet, Barr. in d. l. si pluri-  
bus, num. 5. ff. de leg. 2. Dyn. in ru-

In statutis etiam indefinita pro 38  
vniuersali usurpatur secundum ma-  
gis communem sententiam, Tusch.  
dict. conclus. 26. nu. 17. Roland. conf.  
61. num. 28. lib. 3. Pacian. dict. cap. 35  
num. 19. lit. L. Menoch. conf. 4. n. 28.  
& dict. conf. 261. num. 2. Florian. in  
d. l. si seruitus, notab. 2. n. 3. vers. An  
autem, Fulgol. ibidem, Geminian. in  
cap. vt circa col. 2. vers. Secundo casu  
de elect. in 6. Quod debet limitari se-  
cundum quod de lege proximè di-  
ximus. Sed cum indefinitè verbum  
collectiuum ponitur, vt populus,  
plebs, & similia, indefinita pro vniuer-  
sali in omni dispositione accipitur,  
Tusch. lit. L. conclus. 87. per totam,  
Decian. conf. 17. num. 27. lib. 1.

Exat apud nos l. 22. tit. 1. p. 7. qua 39  
stabilitum est, vt, si delinquens veniam  
ab aduersarijs in causa, in qua pena  
sanguinis esset imponenda, obtineat  
ante sententiam, ab ea liberetur, circa  
quam constitutionem dubitant No-  
strates, an sufficiat cum vno eorum,  
ad quos vindicta spectat, pacè in-  
ire, vbi plures sunt hæredes, vel con-  
sanguinei offensi in eodem gradu, vel  
oporteat, omnes consentire, & præ-  
ter opiniones, quatuor in presentia,  
D. Couarr. meminit, est alia, quæ  
vult, sufficere, vt maior pars aduersa-  
riorum consentiat, argumento, l. &  
suum hæredem, 8. §. fin. ff. de pact. &  
l. fin. C. qui bonis ceder. poss. Sed re-  
ceptius est, omnium consensum de-  
fide-

siderari, nam quod omnes similiter tangit, ab omnibus debet approbari, l. fin. C. de author. prestand. de quo Greg. Lop. in dict. l. 22. gloss. 6. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 3. num. 62. Mod. in empot. iur. tit. 1. q. 14. Caneer. variar. part. 2. cap. 11. num. 69. Plaza in epitom. de her. cap. 46. n. 7. Iul. Clar. receptat. sent. lib. 3. §. fin. quæst. 38. num. 14. Ceuall. quæst. 77. In quo est notandum, quod si extent liberi, & vxor occisi, sufficere, cum illa pacisci, vt reus ab ordinaria pena liberetur, nam eadem filijs præferatur, Ceuall. num. 6. 7. Flores de Medina variar. lib. 1. quæst. 7. à num. 7. & si concurrant extranei hæredes, & consanguinei defuncti, illos esse præferendos in remissione delicti, tenent Ant. Gom. num. 64. Ceuall. num. 2. cum seqq. Padillan l. transigere, n. 59. C. de transactioib.

## Num. 9.

41 Sic docent Gutier. d. q. 83. n. 2. Menoch. dict. cons. 173. nu. 25. Pacian. dict. cap. 35. num. 8. Mantie. d. nu. 12. Gratian. discept. cap. 341. n. 6. 7. qui plurimos referunt, & diximus alibi, sed hoc casu quando hæc conuenit omnibus sub vniuersali comprehensis, indefinita accipitur vniuersaliter, nõ ex humanitate, imò ex necessitate, quod planè probat, l. si ita relictum 44. ff. de leg. 2. vbi Pomponius quando in secundo casu, in quo erat dubium, cum testator dixisset: *Quantum vnus heres meus habebit, tantum Stichus dari, volo*, mentè dispositis interpretatus sit in hæredum fauorem, ad facere nequiuit, quando testator indefinitè loquutus est, quoniam

manifesta, ac certa erat voluntas, atque ita necessitudo cõtra hæredes respondit, quos valde oneratum accipere pro vniuersali indefinitam, quo casu nulla humanitatis ratio potest considerari, imò iniquum esset, tantum tribuere vni legatario, quantum omnibus hæredibus, nisi verbotum vis ad id compelleret, de quo supra ad n. 5. in principio, num. 2.

## Vers. Septimò colligitur.

Quantis asseruerimus supra ad n. 5. Pomponiũ in d. l. si seruitus, egisse de æquialentia indefinitè pro vniuersali, sequenti D. Covarr. & alios, verius videtur, dubium illius textus fuisse, an dispositio, vel obligatio ad futura extendatur, si de eis specialiter non sit conuentum; quæ dubitatio nõ absoluitur, accipiendo illam indefinitè: *Ne luminibus officiat*, pro vniuersali, ac si dictum fuisset: *Ne omnibus luminibus officiat*. Adhuc enim ambigi posset, num luminina, quæ non erant tempore contractus, sub stipulatione continerentur ex defectu cõsensus: quemadmodum sub donatione omnium bonorum futura non veniunt, Menoch. cum multis cõs. 496. num. 115. vers. Respondetur primo; Sic procurator constitutus ad omnia negotia, vel lites non potest agere, aut tractare futuras omnino de nouo ortas, Ceuall. plures referens, quæst. 498. Similiter qui hæreditatem suam donat, non censetur bona futura comprehendere, Bartol. in l. quæ situm, §. penult. ff. de legat. 1. Gutier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 11. num. 4. Crot. qui communem dixit in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbos.

verbos. obligat. Et generaliter cõsensu non extenditur ad futura, & si verba vniuersalia adhibeantur, nisi iure ita cautum sit, vt in l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos. aut ex mente contrahentium colligatur, l. qui cum, 9. & ibi glos. in §. fin. verbo transegit, ff. de transact. l. Aurelius, 29. §. 1. ff. de liber. legat. l. si stipulatus fuimus, 76. §. 1. l. si à colono, 29. l. cum stipulamur, 12. §. ff. de verb. obligat. cap. fin. de re script. Mareseot. variar. lib. 2. cap. 139. à num. 8. Melo de induc. debitor. q. 20. per totam. Hinc respicit Pomponius in d. l. si seruitus, dum ait humanitate motus, stipulationem non officendi luminibus futura etiã cõprehendere, ad hærendo magis mētē contrahentium, quam verbis, vt in simili fecit Iustinianus in d. l. fin. C. quæ res pign. Quæ quidem humanitas valde fuit necessaria, quia de rigo re iuris aliud erat dicendum, non solum propter prædicta, sed etiam quoniam in re dubia contra stipulatorem est respondendum, l. veteribus, 40. ff. de pact. l. quidquid astringendæ, 99. ff. de verb. oblig. vbi Iason nu. 3. Menoch. cons. 179. num. 19. Vnde inferitur, d. l. si seruitus, nihil conducere ad quæstionem; an indefinita æquipollet vniuersali: neque vilo modo Vlpiano posse refragari in d. l. 2. ff. de lib. & posthum. cū circa diuersa versentur, quæ interpretatio maxime cõprobatur ex l. in lege 77. ff. de contrahend. empt. vbi in venditione fuerit exceptæ lapidicinæ, vbi cūque essent, & tamen labolenus decidit, fuerit lapidicinas, si postea inueniantur, non cõprehendi sub exceptione lapidicinari, & si per verba vniuersalia fuerint exceptæ. Et ne obijciat

quis nobis eiusdè Pomponij verba, ibi: *Humanitas est, verbo generali omne lumen significari*. Ex quibus videtur sentire Consultus sub verbo, omne, vniuersali ex sua natura etiam futura lumina comprehendi. Aduertendum est, Consultum ex suppositione per verbum, omne lumen, futura significasse, nam cum egisset de præsentibus, ac futuris luminibus, postea vltus est verbo vniuersali, quo declarauit, stipulatione ad omnia præmissa extendi. Videas supra nu. 31. cum seqq. alium intellectum.

## Vers. Octauò, eodem pacto.

45 Ex dictis supra ad num. 5. pro intellectu huius l. 2. ff. de lib. & posthum. colligitur eius vera decidendi ratio, quia pater filios, vt oportet, nõ ex hæredauit, scilicet, nominatim. Vnde, & si alias constaret, velle omnes filios ex hæredare, vel vnum certum ex illis, nihilominus nulli ex hæredatio noceret, quia neque omnes, neque vnum signo indubitabili euidenter demonstrauit, cum illa indefinita: *Ex hæredo filium meum*, dubia sit, & indifferens, vt pro vniuersali, vel particulati accipiat, & interpretatiua voluntas ad ex hæredationem non sufficit, argument. l. cum quidam, ff. de lib. & posthum. Spio. d. glos. 20. num. 19.

## Vers. Decimò ab eodem.

46 Notandum est, quod auro, vel argento legato, non solum rudis materia continetur, sed etiam quicquid ex eo factum in bonis testatoris reperitur, l. cum aurum, 20. ff. de aur. & argent.



gent. legat. Menoch. conf. 49. nu. 42. & de presump. lib. 4. presump. 162. num. 25. Tondus. resolut. civil. cap. 12. num. 13. vers. Eadem ratione, atque ita indefinita: *lego autum*, æquivaler vniuersali: *lego omnia autum*, quauis differentia sit inter contenta sub vniuersali, vt inter mallam auri, & anulos aureos, quibus indefinita minus proprie videbatur conuenire, quam rudi matetiz, quod est contra ea, quæ diximus de natura propositionis indefinitæ; hoc tamē prouenit ex communi vsu loquendi, secundum quem appellatione argenti, vel auri veniunt, quæ ex eo facta sunt, sicut ipsa rudis materia, & vsus loquendi communis verborum proprietati præferendus est, l. Labeo, 7. §. 1. ff. de supellect. legat. l. librorum, 50. §. quod tamē, Celsus ff. de leg. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 36. Menoch. conf. 266. num. 63. Ceual. tom. 1. quæst. 409. Felician. de censib. in procm. nu. 30. in fin. Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 90. Aug. Barbosa. in collect. ad cap. vbiunque, n. 4. in fine, de pœn. in 6. Aduerte tamen pecuniam argenteam, vel auream, auro, vel argento legato, nõ deberi, Menoch. & Tondus. vbi supra. Illius loquendi styli reddidit rationem Consultus in d. l. quæ sit, §. illud fortassis.

Nom. 10.

Indefinita affirmatiua in testamti depositione pro vniuersali non habetur, quod secus est in negatiua, Cyriac. tom. 3. controuers. 407. num. 65. Surd. decis. 263. n. 10. Pacian. d. c. 35. num. 20. cum seqq. Menoch. conf. 73. n. 16. Tusch. d. concl. 86. nu. 31. Mal-

card. de probat. concl. 105. n. 19. Ancharr. in rubric. de reg. iur. in 6. Marfil. singul. 171. Croc. in tract. de testib. part. 7. num. 99. vers. Duodecimo plenè, Narrat. conf. 164. num. 25. vol. 1. Quod fallit, si testis deponat in eodem articulo super articulo continente vniuersalitatem, tunc enim indefinita pro vniuersali habetur, Tusch. vbi proximè num. 35. Mascard. num. 29.

Verf. Decimò, ex his!

Non est omninò superflua distinctio Bartoli, nam quoties considerata mente proferentis, & materia subiecta adhuc dubiũ sit, an indefinita pro vniuersali sit accipienda, vel non? reuertendum erit ad odium, aut fauorẽ rei, de qua agitur; atque ita Bartolum sequuntur Menoch. d. conf. 173. num. 27. & alij, quos ipse refert, Tusch. d. conclus. 86. nu. 28. Pacian. d. cap. 35. num. 20 in addit. lit. N. Iaf. in l. 2. nu. 12. ff. de lib. & posthum.

Verf. Decimaterid, bino colligitur.

Hoc necdum est ita in affirmatiua, sed etiam in negatiua, quæ ex vi proprie significationis æquivaler vniuersali, vt diximus: nam si ex æquivalentiã resultet absonus intellectus, indefinita nunquam sapit naturam vniuersali, Pacian. d. cap. 35. num. 35.

Verf. Decimoquindò, aperitur.

De intellectu cap. quia circa, 22. de privilegi. latè Barbof. in collect. ad illud, vbi plures refert, & nos infra cap. 17. num. 143. Quæstio autem non est de æquivalentiã indefinitæ pro vniuersali.

fali, sed an remissio decimarum extendatur ad futuras, quæ deberentur ex prædictis de nouo Monasterio quæsitis; quæ quæstiones inter se differunt, vt constat ex dictis supra n. 42. cum seqq. Neque enim ex eo quod indefinita pro vniuersali accipitur, necessario sequitur, futura, & incognita comprehendere, quandoquidem neque ipsa vniuersalis ex sua natura talia complectitur, vt ibidem fuse probauimus.



## AD CAPVT Decimumquartum.

SUMMARIVM.

- 1 Donatio perfecta dicitur, cum ad libitum donatoris nequit reuocari.
- 2 Ad perfectiõnem donationis inter vivos acceptatio desideratur.
- 3 Post acceptatam donationem modus, aut conditio ei adijci non potest.
- 4 Fallit, si in continenti adijciatur.
- 5 In comuniõis ordo non attenditur.
- 6 Qui de interpretatiõne l. quoties 3. C. de donat. q. sub mod. scripsere.
- 7 An in obligationibus, quæ re contrahuntur, alteri per alterum actio iuris ciuili queratur?
- 8 Lex iuris antiqui correctoria non extenditur vltra casum in ea expressum.
- 9 Hoc die in re Regio alteri per alteram actio queri, non prohibetur.
- 10 Scidus donarius in casu d. l. quoties dominium, aut possessionem sine traditione non querit.
- 11 Quid de iure partitarum? refer-

- 12 Negatiua qui suffiunt.
- 13 Explicatur l. 1. C. de donat. qua sub modo.
- 14 L. 7. tit. 4. p. 5. non est correctoria iuris communis.
- 15 Donatio Ecclesia facta; modo adiecto, si non impleatur, agitur ad implemẽtum, nisi expressum sit, vt, modo non seruato, reuocetur.
- 16 Donatio prædicta non reuocatur ob omissionem Prælati solius, qui modum non implet.
- 17 Modo non impleto, qui fuit causa finalis donandi, donatio reuocatur, non si impulsua, quia solum agitur ad implemẽtum.
- 18 Modus oppositus in donatione facta Ecclesia, ipsius fauore causa impulsua censetur.
- 19 Ad reuocandam donationem ex l. 1. C. de donat. q. sub mod. dominium probare oportet.
- 20 Mora, quæ requiritur ad reuocationem donationis ob modum non implemẽtum, purgari potest.
- 21 Ad reuocandam donationem ex d. l. 1. mora non est opus.
- 22 Verum in specie d. l. quoties, liceat reuocare pactum in fauorem tertij post acceptatiõnem principalis donatarij? traditur sententia negatiua.
- 23 Refertur affirmatiua.
- 24 Hæc approbatur, & enucleatur.
- 25 In casu d. l. quoties, nullum inquiritur secundo donatario ante ipsius acceptatiõnem.
- 26 Explicatur l. 1. ff. qui sine manu. ad lib. per. hener.
- 27 Hæres non potest pactum in fauorem libertatis per desuntum adiectum reuocare.
- 28 Exponitur l. si cum fundum, ff. de pact.

gent. legat. Menoch. conf. 49. nu. 42. & de presump. lib. 4. presump. 162. num. 25. Tondus. resolut. civil. cap. 12. num. 13. vers. Eadem ratione, atque ita indefinita: *lego autum*, æquivaler vniuersali: *lego omnia autum*, quauis differentia sit inter contenta sub vniuersali, vt inter massam auri, & anulos aureos, quibus indefinita minus proprie videbatur conuenire, quam rudi matetiz, quod est contra ea, quæ diximus de natura propositionis indefinitæ; hoc tamē prouenit ex communi vsu loquendi, secundum quem appellatione argenti, vel auri veniunt, quæ ex eo facta sunt, sicut ipsa rudis materia, & vsus loquendi communis verborum proprietati præferendus est, l. Labeo, 7. §. 1. ff. de supellect. legat. l. librorum, 50. §. quod tamē, Celsus ff. de leg. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 36. Menoch. conf. 266. num. 63. Ceual. tom. 1. quæst. 409. Felician. de censib. in procm. nu. 30. in fin. Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 90. Aug. Barbosa. in collect. ad cap. vbiunque, n. 4. in fine, de pæn. in 6. Aduerte tamen pecuniam argenteam, vel auream, auro, vel argento legato, nõ deberi, Menoch. & Tondus. vbi supra. Illius loquendi styli reddidit rationem Consultus in d. l. quæ sit, §. illud fortassis.

Nom. 10.

Indefinita affirmatiua in testamti depositione pro vniuersali non habetur, quod secus est in negatiua, Cyriac. tom. 3. controuers. 407. num. 65. Surd. decis. 263. n. 10. Pacian. d. c. 35. num. 20. cum seqq. Menoch. conf. 73. n. 16. Tusch. d. concl. 86. nu. 31. Mal-

card. de probat. concl. 105. n. 19. Ancharr. in rubric. de reg. iur. in 6. Marfil. singul. 171. Croc. in tract. de testib. part. 7. num. 99. vers. Duodecimo plenè, Narrat. conf. 164. num. 25. vol. 1. Quod fallit, si testis deponat indebitè super articulo continente vniuersalitatem, tunc enim indefinita pro vniuersali habetur, Tusch. vbi proximè num. 35. Mascard. num. 29.

Verf. Decimò, ex his!

Non est omninò superflua distinctio Bartoli, nam quoties considerata mente proferentis, & materia subiecta adhuc dubiũ sit, an indefinita pro vniuersali sit accipienda, vel non? reuertendum erit ad odium, aut fauorẽ rei, de qua agitur; atque ita Bartolum sequuntur Menoch. d. conf. 173. num. 27. & alij, quos ipse refert, Tusch. d. conclus. 86. nu. 28. Pacian. d. cap. 35. num. 20 in addit. lit. N. Iaf. in l. 2. nu. 12. ff. de lib. & posthum.

Verf. Decimaterid, bino colligitur.

Hoc necdum est ita in affirmatiua, sed etiam in negatiua, quæ ex vi proprie significationis æquivaler vniuersali, vt diximus: nam si ex æquivalentiã resultet absonus intellectus, indefinita nunquam sapit naturam vniuersali, Pacian. d. cap. 35. num. 35.

Verf. Decimoquindò, aperitur.

De intellectu cap. quia circa, 22. de privileg. latè Barbof. in collect. ad illud, vbi plures refert, & nos infra cap. 17. num. 143. Quæstio autem non est de æquivalentiã indefinitæ pro vniuersali.

fali, sed an remissio decimarum extendatur ad futuras, quæ deberentur ex prædictis de nouo Monasterio quæsitis; quæ quæstiones inter se differunt, vt constat ex dictis supra n. 42. cum seqq. Neque enim ex eo quod indefinita pro vniuersali accipitur, necessario sequitur, futura, & incognita comprehendere, quandoquidem neque ipsa vniuersalis ex sua natura talia complectitur, vt ibidem fufe probauimus.

im affirmatiua.

- 12 Negatiua qui sustinet.
- 13 Explicatur l. i. c. de donat. qua sub modo.
- 14 L. 7. tit. 4. p. 5. non est correctoria iuris communis.
- 15 Donatio Ecclesia facta; modo adiecto, si non impleatur, agitur ad implementum, nisi expressum sit, vt, modo non seruato, reuocetur.
- 16 Donatio prædicta non reuocatur ob omissionem Prælati solius, qui modum non implet.
- 17 Modo non impleto, qui fuit causa finalis donandi, donatio reuocatur, non si impulsua, quia solum agitur ad implementum.
- 18 Modus oppositus in donatione facta Ecclesia, ipsius fauore causa impulsua censetur.
- 19 Ad reuocandam donationem ex l. i. c. de donat. q. sub mod. dominium probare oportet.
- 20 Mora, quæ requiritur ad reuocationem donationis ob modum non impletum, purgari potest.
- 21 Ad reuocandam donationem ex d. l. 1. mora non est opus.
- 22 Verum in specie d. l. quoties, liceat reuocare pactum in fauorem tertij post acceptationẽ principalem donatarij? traditur sententia negatiua.
- 23 Refertur affirmatiua.
- 24 Hæc approbatur, & enucleatur.
- 25 In casu d. l. quoties, nullum inquiritur secundo donatario ante ipsius acceptationem.
- 26 Explicatur l. 1. ff. qui sine manu. ad lib. peruenit.
- 27 Hæres non potest pactum in fauorem libertatis per defunctum adiectum reuocare.
- 28 Exponitur l. si cum fundum, ff. de pact.



# AD CAPVT Decimumquartum.

## SVMMARIVM.

- 1 Donatio perfecta dicitur, cum ad libitum donatoris nequit reuocari.
- 2 Ad perfectiõnem donationis inter vivos acceptatio desideratur.
- 3 Post acceptatam donationem modus, aut conditio ei adijci non potest.
- 4 Fallit, si in continenti adijciatur.
- 5 In comuniõis ordo non attenditur.
- 6 Qui de interpretatiõne l. quoties 3. c. de donat. q. sub mod. scripserit.
- 7 An in obligationibus, quæ re contrahuntur, alteri per alterum actio iuris ciuili queratur?
- 8 Lex iuris antiqui correctoria non extenditur vltra casum in ea expressum.
- 9 Hoc die in re Regio alteri per alteram actio queri, non prohibetur.
- 10 Secũdus donatarius in casu d. l. quoties dominium, aut possessionem sine traditione non querit.
- 11 Quid de iure partitarum? refer-

- 29 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 30 Donatio inter vivos ante acceptationem liberè potest pro libito reuocari.
- 31 Donator potest reuocare pactum adiectum in fauorem proprii heredis donationi.
- 32 An valeat donarius modum implere post illum reuocatum à donatore.
- 33 In res aa quilibet est moderatus, & arbiter.
- 34 Pactum adiectum donationi in utilitatem tertij, postquam ipse acceptauerit, reuocari nullo modo potest.
- 35 Donatio facta infanti, vel ei qui in contrariis est, sine acceptatione statim irrevocabilis est.
- 36 Vbi iuramentum non reuocandi interuenit, an pactum in fauorem tertij possit ante acceptationem reuocari.
- 37 Ex d.l. quoties, actio utilis legatario non competit secundo, antequam acceptet.
- 38 Ex donatione non acceptata obligatio civilis, aut naturalis non acquiritur.
- 39 Obligatio parit actionem, & hac sine illa nasci non potest.
- 40 An per acceptationem notarij nomine absentis maneat irrevocabilis donatio.
- 41 Ex consensu partium claudicare contractus iure potest.
- 42 Verum ex acceptatione notarij acquiritur absentis utilis actio.
- 43 Ex si canentur statuta, ut alteri per alterum actio queratur, ad agendum sine cessione ratihabito debet procedere absentis.
- 44 An extant l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. possit donatio ante acceptationem reuocari.
- 45 Defenditur D. Contruuias, ne sibi contrarius videatur.
- 46 Ex stipulatione pro absentis ante ratihabitionem nulla nascitur obligatio.
- 47 Quae persona possint iura communi pro alij stipulari remissimè.
- 48 Iure Regio licet stipulari alteri permissum sit, donatio ante acceptationem potest reuocari.
- 49 Actio sine cessione quādo alteri per alterum queritur, remissimè.
- 50 Notario pro absentis stipulato actio sine cessione queritur.
- 51 An post aduentum diei, quo pactum in fauorem tertij erat extingendum, possit reuocari, ubi nondum acceptatum est.
- 52 In casu d.l. quoties, pactum in fauore Ecclesiae potest ante eiusdem acceptationem reuocari.
- 53 Alteri per alterum iure communi licet stipulari fauore cause pie.
- 54 Donatio ad pias causas potest ante acceptationem reuocari.
- 55 Promissio facta Deo de eroganda aliquid, cause pie est irrevocabilis sine acceptatione.
- 56 D. Contruuias ab Hermosilla obiectione defenditur.
- 57 Nichil interest quoad iuris effectus inter donationem principaliter factam, & eam, quae secundarij sit, ut in casu d.l. quoties.
- 58 Donatio dotis causa facta, reintegra, ante acceptationem potest reuocari.
- 59 Explicatur l. si ego 10. §. si res, ff. de iur. dot.
- 60 Quod ipsi contrahentibus obstat, & eorum successoribus debet ob stare.
- 61 Dominium cum sua causa transit in successorem.
- 62 Heres in utilitatem, & in commodum defuncti succedit.

63 Nemo plus iuris ad alium transferre, quam ipse habet.

64 Heres in omnia ius defuncti succedit.

65 Mandatum reintegra morte eius, qui mandauit expirat.

66 Reuocatio mandati ad pias causas heredi mandantis non est permissa.

67 Heres donationem à defuncto factam ante acceptationem reuocare non valet.

68 Donatum dotis causa, matrimonio non sequuto, conditione repositum.

69 In contrahibus in nominatis etiam fauore pie cause celebratis iure communi locus est penitentiae.

70 Iure Regio in contrahibus in nominatis penitentia non licet.

71 Quid iure Canonico remissimè.

72 Non permittitur heredi donatoris reuocare pactum fauore tertij adiectum, nondum acceptatum.

73 Pena conuentionalis dicta in fauorem Ecclesiae, vel fisci semel commissi, non possit per contrahentem remitti, antequam acceptetur conuentio, remissimè.

De conditione, aut modo donationi adiecto in fauorem tertij.

**A**D ea, de quibus in presenti agendum est, sunt videndi, Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. Hermosilla lib. 7. gloss. 4. tit. 4. part. 5. Ant. Gom. in l. 40. Taur. à n. 26. Pat. Sach. conf. moral. lib. 1. cap. 6. dub. 1. Roderic. Sur. in l. quoniam in prioribus, q. 3. princip. C. de inoffic. testament. Cancr. variat. p. 1. cap. 8. de donat. à n. 52. Iul. Clar. recept. sentent. libr. 4. §. donatio. q. 13. Pat. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disput. 26 §. Gratian. dilectat. forens. tom. 2. c. 332. Peregrin.

de fideicommiss. art. 50. §. 1. Menoch. conf. 1153.

Num. 1.

- 18 Fructus pendentes tempore, quo donum fideicommissi transit in fideicommissarium, ipsi debentur omnes.
- 19 Idem iuris est de pendens cū dies fideicommissi cedit, nec fideicommissarius petere negligit.
- 20 De intellectu l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de actionib. empt. remissum.
- 21 Pensio fundi locati, si pendens fructibus vendatur, est prorata temporis diuidenda.
- 22 Pensio fundi, vel domus locatæ cedit venditori, qui locauit, licet eam debeat restituere.
- 23 Respondetur pro Accursio ad l. dea fundi, ff. de usufruct.
- 24 Quare emptor omnes fructus pendentes suos facit, & non totam pensionem fundi locati.
- 25 Traditur differentia inter venditionem fundi, & usufructuarius, quoad acquisitionem pensionis pro tempore ante venditionem, & finitum usufructum.
- 26 Interpretatur l. 1. in princip. ff. de iur. Fise.
- 27 Ratio Accursiane opinionis traditur.
- 28 Quomodo diuiditur pensio domus, & fundi locati inter emptorem, & venditorem.
- 29 Explicatur d. l. fin. §. fin. ff. de iur. Fise.

T 3

Emp.

tem, quam quoad hæredem, nisi ex defectu conditionis resolveretur.

Quæ non impugnat principium d. l. si ego, quod D. Covar. allegat, in quo duplex est casus. Primus quando res ita fuit tradita, ut statim multari fieret, & revocationi non est locus, cū fuerit donatio omnino perfecta, d. s. alia, inst. de donat. Sed, matrimonio non contracto, cōdictio datur ad repetendum, quasi causa non sequuta, ob quam fuit datum, l. legem 9. vbi gl. C. de donat. Secundus casus fuit cum res hie est dedita, ut donatum maneret, dum nuptiæ non contraherentur, quibus non celebratis, Consultus vindicationem competere, ait, illi, qui tradidit, sed non id eo negat, hoc casu, si donator veller, potuisse penitere, cū nullum sit impedimentum, ut ex proxime dictis satis colligitur. Similiter Imperator in d. l. leges, donatorē præscriptis verbis agere posse ad impediendum modi, quem donando adiecit, dixit, nec meminit conditionis ob causam, quæ illi etiam ad repetendum, quod dedit, competeat l. i. C. de donat. quæ sub mod.

Verf. Hic equidem omnibus.

69 Sequitur Menoch. conf. 296. n. 83. & Ruin. conf. 7. n. 29. lib. 1. & est receptus, licet, in contractibus innominatis etiam favore pæ causæ gestis procedit, quod de iure cōmuni procedit, nam quoad ius Regium propter d. l. 2. tit. 16. lib. 3. Recopil. generaliter in huiusmodi contractibus locus penitentiæ non est, sed offerens vnus ex contractibus id, ad quod tenetur, poterit alterum præcise compellere, ut cōuentioni steter, quod magis obtinuit, etsi

aliqui reuocant, de quo Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 8. n. 4. Pallador. quotidianar. lib. 2. cap. 3. n. 32. & different. 135. n. 10. Gutier. de iuram. cōfirmat. part. 1. cap. 35. n. 1. Gregor. Lop. in l. 3. gl. 4. tit. 6. p. 5. Perez in d. l. 3. Oroniam. Matienço in d. l. 2. Recop. gl. 2. n. 6. 7. Azueved. in l. 1. n. 6. tit. 2. l. lib. 4. Recopil. Salced. ad Bern. Diaz reg. 549. Pat. Molin. tom. 2. disp. 258. nu. 8. Guzman de euiction. q. 24. nu. 58. Pichard. in §. actionum, q. 27. à nu. 37. inst. de action. Quid de iure Canonico controuersum est, consule vltra præ allegatos, Fachin. lib. 11. controuerfiar. cap. 8. Cancet. variar. part. 2. cap. 3. n. 53. Padilla in l. naturalis 5. & liquidem, n. 18. ff. de præscript. verb.

Num. 17.

70 Quod hæres donatoris reuocare nequit donationem non acceptatam, docent Barrelin sum. decif. tom. 3. tit. 10. n. 156. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de donat. resolut. 1. n. 14. verf. Declaro hæc, & verf. Licet donatio, Molin. de primogen. d. cap. 2. n. 77. Iul. Clar. d. §. donatio, q. 13. in fine, Hermos. d. l. 7. gl. 4. n. 11. Saneh. d. dub. 1. nu. 11. Cancet. part. 1. cap. 8. n. 41. Pat. Mol. d. disp. 263. n. 13. Robles de Salced. supra lib. 3. capit. 19. num. 67. Ex qua sententia placet colligi, mortuo donatore, validam manere donationem, acceptatam à donatario posse, ut docet Molin. dict. cap. 2. nu. 77. Fontanel. part. 1. claus. 4. gloss. 8. num. 6. 7. & alij apud Hermos. lla in d. l. 1. gloss. 4.

Num. 59.

Assen-

Num. 18.

Assentit Saneh. d. dub. in fine, de quo Marefcot. variar. lib. 1. capit. 5. à num. 5.

CCCCCCCCCCCCCCCCCCCC  
CCCCCCCCCCCCCCCCCCCC  
CCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

## AD CAPVT Decimumquintum.

### SVMMARIVM.

- 1 Fructus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinent.
- 2 Factus pæcūm nondum editi inter fructus pendentes numerantur.
- 3 Venditor fundi tenetur de euictione pro fructibus pendens, qui erant alicui.
- 4 Fundo locato vendito cum fructibus pendens, coluit emptori.
- 5 Re vendita omnia consentur alienata, quæ illi cohererent, vel accedunt.
- 6 Penitas pendentes, & fundus, cui cohererent, ad eam res consentur.
- 7 Vna, eademque res diuerso iure cōferri non debet.
- 8 Fructus pendentes inter immobilia computantur.
- 9 Quo sensu fructus pendentes pars fundi esse dicantur.
- 10 De intellectu l. fructus 45. ff. de rei vendicat. remissum.
- 11 Post perfectam venditionem commodum, & incommodum rei vendita spectat ad emptorem.
- 12 Commodum cedit, à quo periculum incipit.
- 13 Ratio propter quam fructus pendentes emptoris sunt.

- 14 Non diuiduntur, quia cum fundo empti sunt.
- 15 Verum fructus sari, ac collecti post perfectam venditionem ad emptorem pertinent.
- 16 Usufructuarius nihil proprium habet in fructibus pendens.
- 17 Mortuo usufructuario ante collectos fructus, omnes domino proprietatis cedunt.
- 18 Fructus pendentes tempore, quo donum fideicommissi transit in fideicommissarium, ipsi debentur omnes.
- 19 Idem iuris est de dependentibus cū dies fideicommissi cedit, nec fideicommissarius petere negligit.
- 20 De intellectu l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de actionib. empt. remissum.
- 21 Pensio fundi locati, si pendens fructibus vendatur, est prorata temporis diuidenda.
- 22 Pensio fundi, vel domus locatæ cedit venditori, qui locauit, licet eam debeat restituere.
- 23 Respondetur pro Accursio ad l. dea fundi, ff. de usufruct.
- 24 Quare emptor omnes fructus pendentes suos facit, & non totam pensionem fundi locati.
- 25 Traditur differentia inter venditionem fundi, & usufructuariam, quoad acquisitionem pensionis pro tempore ante venditionem, & finitum usufructum.
- 26 Interpretatur l. 1. in princip. ff. de iur. Fife.
- 27 Ratio Accursiane opinionis traditur.
- 28 Quomodo diuiditur pensio domus, & fundi locati inter emptorem, & venditorem.
- 29 Explicatur d. l. fin. §. fin. ff. de iur. Fife.

I 3

Emp.

- 30 Emptor stare locationi non tenetur.  
 31 Fallit, si fidei, qui locauit, vendidit.  
 32 Emptor qua actione consequi poterit pensionem sibi debitam, quia colonus post venditionem rufus est fundo redempto.  
 33 An redimens rem ex pacto retrodendi, fructus omnes pendentes sibi querat, solutus expensis referatur affirmatiua.  
 34 Contraria approbatur.  
 35 Ratio redditur.  
 36 Limitatur verò sententia primo.  
 37 Fundo redempto cum fructibus pendens proximis collectioni, et pacto retrodendi, licet fundus eodem tempore sequentibus annis redimatur, fructus pendentes redimens non sunt.  
 38 Limitatur secundo sententia approbata supra n. 34.  
 39 Respondetur ad obiectum.  
 40 Quomodo facienda sit diuisio fructuum prorata temporis.  
 41 Fructibus fundi legatis in singulos annos quoad viuat legatarius, eo mortuo post acceptum annum omnes heredes legatarij debentur.  
 42 De retractu ex iure sanguinis qui tractat.  
 43 Fructus omnes, qui pendebant tempore emptionis, ad retractentem iure sanguinis pertinent.  
 44 Exponitur D. Couar. ne contra communiem loquutus videatur.  
 45 Fructus facti, ac percepti post emptionem ante moram, aut litem contestationem, ad consanguineum retractentem non spectant, sed ad emptorem.  
 46 Consueti apponi in contractibus, si omittantur, an pro expressis haberi debeant?  
 47 Redimens censum tenetur ad reddi-

- tus decursos resque in diem, quo redimitur prorata temporis.  
 48 Idem est, si redditus solvendi sint in fructibus, nisi tempus collectionis non venerit.  
 49 Lege positua seclusa, licet censum constituere, res redditus in pecunia non solvantur.  
 50 Non est prohibitum in Hispania censum irredimibilem, aut reservatum constituere, res redditus in vino, frumento, aut alia specie prater pecuniam solvantur.  
 51 Clerici in bonis intuitu Ecclesie quibus successore ex testamento, vel ab intestato habere iure communi non possunt.  
 52 Contrarium in Hispania observatur.  
 53 An liceat Clericis de pradicis bonis testari in rufus non pios in Hispania?  
 54 Episcopi in Hispania de illis bonis testari, aut successorem ab intestato habere non valent.  
 55 Possunt testari de bonis aliunde quibus, dum Episcopatu fungebantur.  
 56 Quomodo diuidendi sunt fructus, mortuo beneficiario, inter ipsius heredes, et beneficiarium succedentem.  
 57 In primis standum est Episcopatus consuetudini.  
 58 Bulla Iulij Tertij circa diuisionem fructuum beneficiorum in Hispania in rufus non est.  
 59 Quomodo diuidendi sunt fructus inter resignantem, et resignatum beneficij.  
 60 Pensio Ecclesiastica diuidenda est prorata temporis inter heredes pensionarij, et emm, quia illa vacat.  
 61 Fructibus omnino deficientibus beneficiarius solvere pensionem non debet.

Idem

- 62 Idem est, si tantum percipiuntur necessarij ad congruam ministrantiam spiritalia.  
 63 Demotio fructuum non minuit pensionem extra casus predictos.  
 64 Fructus prorata temporis diuiduntur inter commendatariorum Ordinum Militarium heredes, et successorem incommendam.  
 65 De diuisione fructuum inter heredes feudatarij, et emm, qui ad feudum admittitur.  
 66 Fundum est beneficium, quod datur propter officium.  
 67 Aquo tempore dominium, et fructus rei legatae pertinent ad legatarij.  
 68 Quid quando res certa testatoris in specie legatur.  
 69 Iure Regio rufum dominium transit in legatarij a morte testatoris.  
 70 Omnia testamento relicta iure communi pendunt ab adita hereditate.  
 71 Iure Regio legata debentur, licet hereditas non adeatur.  
 72 Quando transit dominium rei legatae in legatarij, si non legatur res propria testatoris in specie.  
 73 Fructus debentur legatario, ex quo dominium transit in ipsam, non si sed sed verè.  
 74 Idem est in fideicommissio particulari.  
 75 Quid in vniuersali, remissiuè.  
 76 De diuisione fructuum maioratus.  
 77 Penne fiscales quomodo diuidenda inter heredes possessoris maioratus, et sequentem.  
 78 Succedens immediatè maioratus suu latenti omnia fructus pendentes acquirat.  
 79 Refertur sententia tenentium, fructus pendentes maioratus ad successorem eius pertinere.

80 De alijs fructuum diuisionibus, remissiuè.

Fructus pendentes rei vendita, vel aliter in alium translata, cui debeantur.

**F**ruetus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorē pertinere, nisi aliud sit exprellum, nullus inficiatur, atque ita docet Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 11. Molin. de primogen. lib. 3. cap. n. n. 8. Donell. commentar. libr. 13. cap. 4. in princip. Auendaño de censib. cap. 56. nu. 1. cū alijs, Traquel. de retract. lignag. §. 1. glol. 7. à nu. 37. Moz. de contractib. tract. de emption. tit. de naturalib. emption. n. 43. Mantica. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 16. n. 41. cum seqq. Lugo de iust. & ier. tom. 2. disp. 26. n. 209. vers. Regula generalis, Valenzuel. conf. 59. n. 11. 12. Ant. Faber de errorib. decal. 11. error. 3. vers. Nihil autem, Cancr. variar. p. 1. cap. 13. num. 94. Castill. de usufruct. cap. 4. 2. à n. 7. Paz in prax. tom. 3. c. 6. §. 2. nu. 6. siuè maturi, siuè immaturi extet. Her. moslin. l. 28. glol. 2. §. 6. tit. 28. p. 5. & omnes communiter, quicquid Thefaur. decal. 66. nu. 5. distinguit. Factus etiam pecorum nondum editi emptori gregis cedunt, nam & hi fructibus pendensibus auauerantur, Parlador. different. 124. §. 1. nu. 8. Palac. Rub. in rubric. de donat. §. 6. 2. n. 11. Matienço in l. 4. glol. 1. num. 4. tit. 9. libr. 5. Recopilar.

Quod adeo verum est, vt, siquis fundum, quem fructibus pendentibus exceptis, emerat, eisdem modo perceptis, absolutè vendiderit, illi fructus quoque venditi existimentur, non vt

COS

eos emptor retineat, sed ut venditor de euictione teneatur, Lugo supr. nisi ille sciret tempore contractus fructus, qui pendebant, ad primum venditorē spectare, Hermos. in l. 18. gloss. 1. a n. 17. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. supra num. 12. Cancer. variat. part. 1. cap. 8. de donat. a n. 71. Pet. Barbol. in l. diuotio in princip. part. 2. n. 82. & in §. fin. nu. 125. cum alijs. At si fundus locatus, fructibus pendebat, distrahatur, neque conuenienter contrahentes de ita do locatōni, eos emptor suos facit, venditorque ad interesse colono tenebitur, l. fin. ff. de iur. Fisc. Hermos. in d. l. 28. gloss. 2. n. 59. tit. 5. p. 5. Mant. d. lib. 4. tit. 24. n. 44. quod pariter in colono partiano procedit, Hermos. n. 66. vbi alij, Mant. d. tit. 24. n. 45. Idem, quod de fructibus pendebat dictū est, ad pensiones rerum, quæ naturaliter fructificant, ut fundus, extenditur, nam si illa fructibus pendebat, videretur, totam pensionem emptori cedere, tenent Mant. sup. tit. 24. n. 44. Hermos. vbi proximē a n. 58. de quo tamen videas inferius dicenda ex numer. 21.

## Num. 13

5 Vendita re omnia alienari censentur, quæ illi coherent, vel accedunt, l. in modicis 24. l. 2. de sacra 73. ff. de cont. empt. d. l. 28. tit. 5. p. 5. necnon quæ quasi pars eiusdem habentur, l. Iulianus 14. §. ult. ff. de act. empt. Mant. supra tit. 5. per totum, Ant. Gom. n. 13. Hermos. d. gloss. 2. nu. 1. Tusch. pract. conclus. lit. V. conclus. 72. nu. 7. Cum autem fundo fructus pendentes naturaliter coherent, ideo venditi intelliguntur, si nihil de ipsis dictum

fit, siquidem vna eademque res coherentiam fundus, & fructus sunt, quæ diuerso iure censeri non debent, l. in rem 24. §. item quæcumque in fine, ff. de rei vendic. l. eum, qui xdes, ff. de vluc. Elcobar. de ratiocin. libr. 2. comp. 26. n. 3. Hermos. nu. 7. Merl. de pignor. lib. 2. g. 53. n. 37. Gutier. Canon. lib. 2. c. 8. n. 6. Cyriac. cōtrouer. to. 2. cōtrou. 297. n. 49. Ant. Gom. n. 14. Ex qua identitate idē Gomez. in l. 40. Taur. n. 74. vers. Tertio facit, post Bald. in cap. 1. col. fin. in fin. de p̄c. tē. nēd. & eius violator. infert, quod si sita tuto catur, ut propter delictū ali- quod bona mobilia rei publicetur, nō comprehenduntur fructus pendentes, nā ratione fundi inter immobilia computantur, Merl. sup. q. 49. n. 3. Parladot. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. §. 3. n. 13. Tiraquel. sup. n. 37. 44. Gutier. d. cap. 36. n. 7. Cabalin. molliloq. 518. Mant. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 3. n. 7. Vnaque substantia tales fructus cum fundo censentur, ut inquit Gutier. num. 5.

9 Sunt fructus pendentes (vt D. Couarr. docet) pars integralis fundi ex suppositione. Pro cuius intelligentia scire oportet, partes integrales cuiusque rei absolute dici, quæ ita eam componunt, vt, vna dempta, ipsa res nō sit integra, nec completa, vt omnia membra respectu corporis humani sunt partes integrales, nam si absit manus, vel pes, illud non erit integrum, & perfectum, sed mutilum, cum naturaliter ad sui perfectionem, & integritatem suis omnibus membris debeat consistere. Dissimiles sunt fructus respectu fundi, cum ad huius integritatem, & complementum illi necessarij non sint, quare non minus integer erit fundus

10 dus, licet fructus pendentes non habeat, ex accidenti tamen cum fundo hoc, cui adhiere, vnum totum constituant, quo sensu pars illius integralis dici possunt, veluti cum lapidum æreus alius lapis adijcitur, qui pars integralis illius incipit esse ex suppositione, quod alijs coniunctus est, non quia, illo depra, æreus haud integer esset. Quæ comprobatur cōmunis doctrina, quæ habet, promittentem simpliciter fundum, ipsum sine fructibus præstando, liberari, l. si filius fam. 78. §. 1. ff. de verb. obligat. Carol. Moh. in l. vnic. num. 202. C. de sentent. quæ pro eo, 3. interest, Barbol. in d. l. diuotio, in princ. num. 80. Gutier. vbi proximē num. 17.

10 Sic intelligendus est Cōsultus in l. fructus 45. ff. de rei vendic. qui idē verbo, videtur, vltus est, vt insinaret, fructus non absolute fundi partem dici, dum pendet, de cuius textus inter pretatione Casill. lib. 1. de usufruct. cap. 2. n. 39. Gutier. de tutel. part. 3. c. 36. a n. 16. Auendaño vbi supra, licet DD. sine distinctione passim dicant, fructus pendentes fundi partem esse, Elcobar. de ratiocin. part. 2. comput. 19. n. 3. Hermos. d. gloss. 2. n. 7. Menoch. de arbit. cal. 216. n. 5. Ant. Gom. d. l. 40. n. 74. vers. Quia tales, & vers. Tertio facit, Paz in praxi d. 5. 2. nu. 7. Lugo vbi supr. Cancer. d. cap. 13. nu. 94. Cyriac. tom. 3. cōtrouerf. 490. n. 56. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 23. nu. Trentacinq. variat. lib. 3. resolut. 6. de compt. num. 1.

## Num. 21

11 Et si periculum, & commodum rei venditæ, postquam de re, & pretio

inter contrahentes conuenit, quo venditio perficitur, spectet ad emptorē, l. id, quod 7. ff. de peric. & com. rei vend. l. necessario 8. eod. Cyriac. tom. 2. cōtrouerf. 239. num. 25. Menoch. conf. 26. n. 16. Pichard. in §. cum autē, n. 1. tit. de empt. Pat. Moh. de iust. & iur. disp. 366. n. 11. Morl. in emp. iur. part. 1. tit. de emptio. in praxi, n. 103. Afflic. decil. 399. num. 8. D. Lartel Granatens. decil. 69. n. 5. Ant. Gom. d. cap. 2. n. 32. Hermos. in l. 23. gloss. 2. a n. 2. Ant. Fab. lib. 2. coniectur. cap. 4. Ex hoc nullum fundamentum sumi potest, vt fructus pendentes ad emptorē pertinerent, dicam us, quādoquidem commodum debet cedere, a quo periculum incipit, quare habenda ratio non est periculi imminuentis post contractum ad acquirendos fructus, qui antea fuerant producti. Ratio verō potissima, propter quam fructus pendentes debentur emptori, est, quia intuitu eorum plus pretij pro fundo soluit, cuius valor propter coherentes fructus augetur, Menoch. conf. 13. n. 7. Gutier. d. cap. 36. num. 18. Barbol. in d. l. diuotio in princip. n. 81. Fabian. de Monte de emptio. q. 6. n. 22. Tiraquel. vbi supr. Hermos. in d. l. 28. gloss. 2. nu. 7. & 2. vbi ex alijs notat, matrem non plus estimari, quia prægnas est, in lege falcidia 9. ff. ad l. falcid. & hoc propter periculum partus.

14 Ex quo euenit, vt hi fructus non sint diuidendi, sed omnes emptori relinquuntur, quorum omnium pretium numerantur, vt proximē laudati DD. asserunt.

Ibi. Alioquin in parcais à venditor.

- 15 Dubis questio est, quæ tangitur in presentiatum, & magis receptum videtur, ut fructus lati ac etiam collecti post perfectam venditionem, & ante traditionem fundi, ac pretij regulariter emptoris fiant, de quo latius infra D. Couarr. lib. 3. cap. 4. n. 7. Hermol. vbi proxime n. 12. Ant. Gom. d. cap. 2. n. 11. Moz. d. tit. de naturalib. l. empt. n. 43. Valaf. de partitionib. capit. 28. n. 8. Cancet. sup. dict. cap. 13. nu. 94. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. n. 77. Quid in venditione conditionali, docent Mantia. sup. de tacit. conuent. lib. 4. tit. 26. a. num. 10. Carroc. decif. 51. Barbol. in l. si mora, n. 101. ff. solut. matrim. vbi ait, si conditio sit casualis, fructus emptori cedere, secus si potestativa. Sed in predictis casibus emptor tenetur, vias pretij non solum solvere, nisi venditor fuerit in mora, Cancet. & alij sup.

Verf. His accedit.

- 16 V usufructuarius in fructibus pendens, imò neque talis, qui per se ex arboribus decidunt, nulli ius quærit, sed eos per se, vel per alium colligendo suos facit, vade si usufructus morte, vel alia ratione extinguatur, fructus minimè diuiduntur, sed domino proprietatis remanent, qui tamen expensas soluere compellitur, l. si usufructuarius 13. ff. quib. mod. usufruct. amittat. l. 3. tit. 8. part. 5. §. is verò, inst. de rer. diuis. l. qui scit. §. 1. verf. Præterea, ff. de vfur. l. si fur. 4. ff. de vfuruct. Cyriac. tom. 2. controuerf. 319 n. 14. Carroc. de locat. tit. de tert. grad. parsonar. q. 23. n. 4. Pat. Molin. disp. 635.

n. 2. Spin. in spec. testament. gloss. 13. nu. 30. Caualecan. de vfur. mulier. relict. n. 242. Pont. conul. 100. n. 4. Marr. Monet. Aragon. decif. 17. n. 11. Surti. conul. 227. num. 22. lib. 2. Casull. supra cap. 77. n. 1. Molin. d. cap. 11. nu. 3. Pichard. in d. §. is verò, n. 1. Escobar. d. lib. 2. comp. 20. nu. 19. cum seq. Ant. Gom. d. n. 74. verf. Secundò & in specie, Gutier. d. cap. 36. nu. 9. Quauis hzres fructuarij fructus possit retinere, donec sibi soluat expensas, Casull. sup. n. 5. vbi alij, Caualecan. n. 246.

Ibi. Sic & fructus ex fundo;

18 Fructus pendentes tempore, quo ex fideicommissio dominium fundi quæritur fideicommissario, ei integrè debeantur, & si maior pars anni præterierit, quod communi assensu DD. comprobatur, Molin. n. 2. Gutier. Canonie. questio. lib. 1. cap. 33. num. 2. Menoch. d. cas. 256. n. 25. cum seqq. Ant. Gom. variat. lib. 1. cap. 5. nu. 15. verf. Si verò hzres grauatus 5. Marefcot. variat. lib. 2. cap. 112. a. n. 45. Mantienca in l. 1. gloss. 19. n. 15. tit. 4. lib. 5. Recopil. Tusch. lit. F. concl. 277. Pat. Molin. sup. n. 3. Valaf. consulat. 36. n. 3. Auedano in l. 43. Taur. gloss. 3. n. 1. Solar. de substitut. q. 636. a. n. 67. Carol. de Tapia Neapol. decif. 45. n. 4. Et obserua ex Marefcot. Menoch. & alij sex præallegatis, omnes fructus perceptos, post verbalem fideicommissi restitutionem, aut post diem fideicommissi cedentem fideicommissario etiam debent, nisi ipse propter negligentiã petere fideicommissum distulerit. Nec moram hzredis requirit, Tondut. resolut. civil. cap. 77. num. 2. 3. vbi plures, Cyriac. controuerf.

535. num. 9. 10. Suid. decif. 25. nu. 24.

Verf. Sed hoc supposito.

Num. 3.

- 20 Ad textum in l. Iulianus 14. §. si fructibus, ff. de actio. empt. videndi sunt Gutier. d. cap. 33. n. 18. cum alijs, Barbol. in d. l. diuortio in princip. part. 2. n. 93. cum seqq. Hermol. in d. l. 28. gloss. 2. a. n. 57. Mantia. d. lib. 4. tit. 24. n. 44. Lugo d. disp. 26. lect. 14. Ayora d. p. 1. cap. 9. Ant. Gom. d. capit. 2. num. 11. Cancet. sup. n. 94. cum seqq. Trentacio. d. resolut. 6. a princip. Pat. Molin. disp. 368. per totam.

Ibi. Id verò Accursus ita intelligit.

- 21 Hæc doctrina Accursij (quæ venior videtur, & approbatur à Molin. d. cap. 11. nu. 8. vbi communem dicit) vt scilicet pensio fondi locati sit diuidenda pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, quando fructibus pendens fundus distrahitur, necessariò intelligenda est, cum emptor stare locationi tenetur ex pacto, alioquin nihil de pensionibus est disparandum, siquidem emptor fructus sibi acquirit omninò, d. l. fin. ff. de iur. Fisc. & nuper diximus num. 4.

Ibi. Et sanè in hoc residentur.

- 22 Idèò autem pensiones fundi venditi, vel domus cedunt locatori, qui vendidit, et si aliqua ex parte pertineat ad emptorem, quoniam actio personalis locatariò potest sequi sup. dist. postulatorem, quare cessio est necessaria, l. §. si hzres, ff. ad Trebellian. Anton. Gomid. cap. 2. nu. 11. & diximus sup. cap. 8. num. 3.

23 Non vrget contra Accursium argumentatio hæc deducta ex l. defuncta 65. ff. de usufruct. nam respondetur, regulam illam, vt pensio cedat, cui fructus deberentur, verificari optimè iuxta sententiam Accursij, quandoquidè sicut nuperrimè supposuimus, vt illi locus sit, necessariò desideratur, quod fructus excipiantur, & emptor stare locationi debeat, sed quòdo fructus in venditione excepti sunt, emptoris non fiunt, vt competere est: igitur neque pensio pro tempore ante contractum ad eundem pertinebit hoc casu.

24 Præterea longè diuersa ratio datur ad acquisitionem fructuum pendensium, ac pensionis respectu emptoris fundi, quoad tempus lapsum ante venditionem, quoniam fructus, cum pars fundi sint, ipsique cohzreant, simul emuntur, & propter ipsos pretiũ crescit, vt dictum fuit supra, quare iustissimè tribuuntur ementi, pensio autem, quæ debita est ex locatione fundi, ei non adhzret, neque cum ipso comparatur, vt pars, atque ita nulla inuenitur ratio, vt cedat emptori, adde dicta infra num. 27.

25 Tandem ad rem non facit d. l. defuncta, quæ loquitur in usufructuaria, inter quam, & venditorem quoad pensio dubium notissima est differentia, cum fructuarius nihil proprium habeat in fundo, nisi ius tantum vtendi, & fruendi, Gutier. de tutel. part. 3. c. 26. a. n. 13. quare nihil commodi potest consequi, nisi mediante fructuum perceptione, à qua omne ius suum pèderet, vt dictum est sup. n. 16. 17. vbi plures, vade pensio, antequàm fructus colligantur.

gatur per colonum, usufructuatio in praeiudicium proprietatis, nec pro parte cedere potest, alia licet contra naturam usufructus praesente tempore, & anticipata percipere utilitatem, atque ita si moriatur, qui locavit fundum, in quo usufructum habebat, antequam fructus colonus percipiat, nihil ex pensione heredi suo relinquet, sed tota domino proprietatis erit solvenda, licet tempus solutionis praeterisset, ac fructuario fuisset soluta, ut plane colligitur ex d.l. defuncta, & probat Casill. cum alia n. 22. 23. Venditor autem cum fuisset dominus, potuit ex fundo proprio, etiam ante fructuum collectionem commodum sentire, & ita pro rata temporis contentis pensionis partem querere, quod per supervenientem venditionem illi auferendum non est, nisi sic convenerit inter contrahentes. Ita in simili casu ad d.l. defuncta, respondet Molin. d. cap. 11. num. 15.

26

Ex quibus satis est etiam l. fin. in fine principij, ff. de iur. fisco. ubi idem emptor totius anni pensionem capit, quoniam ad ipsum in illa specie omnes fructus, qui in praedijis pendebant, spectabant, siquidem, ut ex litera patet, nihil in venditione de locatione fuit dictum, quare secundum supra tradita, & communes iuris regulas emptoris fructus erant, colonoque fiscus venditor ad interesse teneretur, cuius favore aliter placuit, ut scilicet emptor integra pensione contentus loco fructuum omnium eos colonus fisci relinquere, quod si convenisset, ut locationi statueretur, pensio esset inter venditorem, & emptorem pro rata temporis dividenda.

Num. 4.

Ex praemissis dubix redduntur hae 27  
dox primae conclusiones, etsi communiter admittantur, ut constat ex DD. quorum in principio huius capituli est mentio, in quo est considerandum item, fundum adhuc ante fructuum collectionem dignum esse mercede, dum cultura delectur, quae naturali ratione ei, qui pro tempore illo fuerit dominus, quaeritur, argum. l. ite quae 6. ff. de acquir. rer. domin. nec aliquis est titulus, propter quem hoc emolumentum, quod venditor habet, quia colonus re eius usus est, in emptorem transferatur, qui non plus dedit pro fundo ratione fructuum pendenteum, quos cognovit ad colonum attingere. Quibus rationibus potest Accursij placitum sustineri, pro quo extat aperte Consultus in d. §. si fructibus, ubi qui parat ad acquisitionem pensionem fundi pensioni domus, & merito: nam quoad dominum non minus civiliter fructificat fundus locatus, quam domus.

Verumtamen admissa Accursij 28  
opinionem, divisio pensionis fundi non eodem modo fit, ac domus inter venditorem, & emptorem; pensio enim domus ad annum conducti inter dies omnes, quibus ille constat, & equaliter distribuitur, quare si tempore venditionis, vel vnius dies deficeret ad implendum locationis tempus, pro rata pars pensionis debetur emptori. Non sic in fundo, qui si locatus esset ad annum, & venderetur, fructibus iam ablatis, ita ut colonus non indigeret amplius illo, & si tempus completum non sit, nihil ex mercede percipit emptor, qui dominus esse incipit, cum iam fundus

29  
dus vocat, quare nil meretur, nam pensio praedij sufficiens constituitur pro tempore, quo fructuum cultura, ac perceptioni opera datur, neque emptor queri potest, cui res empta omnino libera traditor, quam differentia anno tenuit Lugo d. n. 213. Gutier. d. cap. 33. nu. 21. cum seqq. Sed si post fructus collectos vellet colonus ibi eos custodire, vel alio modo fundo usi, quod licet iuxta naturam locationis, pars mercedis pro eo tempore debetur emptori, qui non tenetur gratis permittere, ut qui re sua utatur, etsi conuenienter, ut locationi ipse licet, nam intelligitur, iuxta mercede recepta, argum. l. si mercedem §. 5. vltim. ff. locat. nisi aliud fuerit expressum. Idemque est, si hoc ante traditionem contingat secundum eos, qui docent, fructus rei vendita post contractum perfectum ad emptorem spectare, nam pensio pro eo tempore ipsi debetur, quae tamen cum usuris praeterij non soluti compensabitur, ad tradita sup. numer. 15.

Speciale in fisco venditore esse, ut pensio quaeratur emptori, quae cessat pro fructibus perceptis, ac tempore praeterito, si nondum dies solutionis adveniat, & notant communiter DD. Gutier. num. 25. Lugo supr. vers. Ad haec regula, Pat. Molin. de iust. & iud. disp. 368. num. 3. Quod casu est in §. vltim. d. l. fin. ff. de iur. fisco. Ex quo testis operis comprobatur, quod immo mediate diximus, siquidem quoad pensionis acquisitionem idem fructus, quando fructus pendunt, ac com. reconditi sunt in praedio, dum tempus locationis durat, ideoque distinguuntur; an videri dies solutionis, qui tunc aderat, quando locationis

tempus terminabatur; & ratio est, quoniam pensio adhuc currebat, accedebat, & tanquam fructus pendens reputabatur. Vnde infertur adversus eos, qui communiter docent, ad pensionis acquisitionem solum esse inspicendum tempus collectionis fructuum, cum ex mente Consulti colligatur, etiam habendam rationem totius temporis, quo colonus praedio intra terminos locationis usitor serendo, ac recondendo fructus ipsos, pro quibus pensionem solvit, quae pro rata erit dividenda. Neque casus Paulus advertit, fructus aridos in praedij suis, nam si iam amoti forent, cum pensio omnino cessasset fisco, emptori minime tribueretur, licet dies solutionis non venisset.

Num. 5.

Inis principium est notissimum, 30  
emptorem non astringi, stare locationi per venditorem facta, l. emptorem 9. C. de locat. l. 19. tit. 8. p. 5. Gutier. in l. nemo potest n. 42. ff. de legat. 1. Menoch. conf. 117. 2. 312. Cenall. §. 756. num. 26. Cancr. part. 1. cap. 14. n. 34. cum alij, Mandic. de tacit. convent. libr. 5. tit. 10. numer. 33. Caldas de empt. & vend. cap. 26. per totum, Cappyci. de cas. 182. n. 3. Anton. Gom. var. tit. d. lib. 2. cap. 3. n. 9. 10. Anton. Fab. de error. dec. 6. error. 6. Picoell. in l. 1. part. 3. numer. 68. C. de ban. mactern. Moz. dict. tit. de naturalib. emptio. num. 37. & tract. de locat. tit. de naturalib. locat. a. num. 1. Pat. Molin. disp. 490. Quod & in colono partitio procedit, Suro. de cas. 52. numer. 10. Menoch. de arbitrat. casu 225. numer. 2. Capriol. de success.

Y.

ab.



ab intestato. 13. Valasc. de iur. emphyteut. q. 30. 2. p. inc. Petr. Barbol. in l. si filio fam. §. fin. num. 50. ff. solut. matrim. franch. decis. 334. part. 2. & regulariter singularis successor colonum expellere potest, quod tamen plures pariter honorationes, de quibus per D. Couarr. infra lib. 2. cap. 13. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 18. Carroc. de locat. tit. de sing. successor. August. Barbol. in collectan. add. l. emptorem, Cancet. sup. a. n. 34. Ant. de Marin. quotidianar. resolut. cap. 259. Mantie. d. tit. 10.

31. Sic à tradita regula excipitur, qui à filio emit, cuius favore inductum est, ne ad interese teneatur colono, vt emptor in locatione fiscali perseuerare compellatur, d. l. fin. ff. de iur. fisc. Gregor. Lop. in l. 19. gl. 5. tit. 8. p. 5. Fachin. controuerfiar. lib. 11. cap. 21. Valasc. de partitionib. cap. 28. nu. 13. Merlin. de pignori. lib. 4. q. 172. nu. 21. Surd. conf. 331. num. 1. Gutier. Canoniar. quæstion. lib. 2. cap. 8. n. 68. Duenas reg. 240. l. 1. m. 3. Sed & illud specialitatis habet emens à filio, quod abliquo cessione potest agere contra conductorem, Cancet. supra cap. 13. num. 27. vers. Nec prædictis, Guirb. in consuetud. Mellan. cap. 15. gl. 5. n. 15. Olca de cession. iur. tit. 4. Miscellan. num. 26. 28. Barbol. supra numer. 38. Petegrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. Ceval. quæst. 750. num. 72. cum alijs, Pinel. in l. 1. part. 5. nu. 68. C. de bon. matem. Cald. de emptio. capit. 26. num. 38. Præterea specialiter iudicatum est emptori, vt omnem pensio-nem, si dies ad soluendum non uenit tempore contractus, pro anno currendi luatur, modo fructus, pro quibus penditur in prædicto uedito ex-

rent sine collecti, sine pendentes, vt in dict. l. fin. per totam decisum est, sed cum filius paciscitur cum emptore de stando suz locationi, hoc ei concedendum non est, iusque commune, tanquam inter duos priuatos obseruabitur, cum quia cessat illa ratio legis, ne fiscus ad interese teneatur, quæ semota, cessare debet dispositio, l. adigere 6. §. quauis, ff. de iur. patronat. tom. cum illud sit exorbitans à iure communi, quod dict. l. fin. statuitur, vlt. casum, de quo ibi tractator, admittendum non est, l. quod verò conera 14. ff. de legib. neque ambigi potest, quin Paulus loquatur, cum nihil de locatione fiscali in venditione dictum fuit. An verò decisio d. l. fin. obtineat in emente ab Ecclesia tractat Fachin. vbi proximè, Ceval. dict. quæst. 756. à num. 70. vbi etiam de colono Reipublicæ, Guier. supra a num. 66. Barbol. Sen. in d. §. fin. n. 13. & negatiua sententia vera est, ac communior.

Vers. Nec mihi placet.

Fulgosij sententia procedere potest, cum emptor proprio nomine, & non venditoris sit locatio, quo casu actio negotiorum gestorum cessat, l. Neleannus 36. l. madasti 43. ff. de negot. gest. & dubitari quidem potest, si emptor paratur, fructus per colonum percipi, quæ actione pensionis parte rata temporis consequatur, non enim locati actione habet, vt colonum cõueniat, cum neq. ipse locauerit, neq. a locatore sibi actio cessauerit: nõ ex pto contra ueditorẽ, qui non est pactus, vt staretur locatione, nõ si sic cõuenisset, intelligitur, pensionem præstita, quæ respondentem-

tempori lapsuro, usque ad fructum perceptionem, argum. d. l. si mercede 55. §. fin. ff. locat. cum igitur nulla emptori sit actio, in iudicio audiendus non erit, l. si pupilli 6. §. videamus, ff. de negot. gest. Paz in prax. tom. 3. in princip. nu. 5. 6. Cardin. Tulch. tom. 1. lit. A. concul. 60. Marc. Ant. variar. lib. 3. resol. 41. nu. 2. Sesse decis. Aragon. 189. num. 2. Dicendum verò est, posse emptorem fructus retinere, vsque dum pensio sibi solvatur, imò vtilem locati actionem ex æquitate obtinebit contra colonum, argum. l. si in area vbi gl. fin. ff. de condict. indeb. Sed & vtilis negotiorum gestorum dabitur in subsidium aduersus venditorem, nisi hic colono iam interesse solvillet, atque ita D. Couarruu. est intelligendus.

Num. 63

33. Quod is, qui rem ex pacto retro ueniendi recuperat, omnes fructus suos faciat pendentes, sumptibus solutis, docent Petr. Barbol. in d. l. divor. tio in princip. part. 2. num. 71. ff. solut. matrim. Beroi. quæstion. familiar. quæst. 98. num. 4. Anton. Fab. decad. 10. error. 2. Maynard. decis. 31. libr. 2. Escobar d. lib. 2. comput. 26. num. 8. hanc opinionem veriotem fatetur, et sic eam non sequatur, Gutier. d. cap. 33. num. 29. Casan. in consuetudin. Burgund. rub. 5. §. 5. num. 25. Molin. dict. cap. 11. num. 9.

Num. 67

34. Sed fructus pendentes pro rata temporis fore diuidendos inter redimentem, & venditorem, longè commun-

nus est, & in praxi seruatur, sic tenent Theaur. decis. 56. à pu. 1. Myfinger. obseruat. 50. & 70. cent. 6. Fachin. cõtrouer. lib. 2. cap. 14. Hermosan. l. 42. gl. 9. nu. 6. tit. 5. part. 5. Cancet. variar. part. 1. cap. 13. n. 21. Ricci. in collectan. part. 1. collectan. 159. Mantie. d. lib. 4. tit. 32. n. 102. Escobar vbi proximè, vers. Et tenendo, Tapat. variar. sentent. tom. 2. tit. 407. cap. 11. vers. Quid de fructibus, Tiraquel. de tractat. conuocat. §. 5. gl. 4. numer. 9. Gratian. March. decis. 176. numer. 1. 51. Colla de ration. rat. quæst. 36. Ioseph. Ludouic. Perus. decis. 79. numer. 7. 8. Franc. Molin. Delphinat. decis. 57. p. 2. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 37. num. 170. Boer. decis. 23. Caualean. de vult. mulier. relict. num. 144. & hoc casu redimens stare locationi per retro ueniendam factæ compellitur, Mantie. dict. lib. 5. tit. 10. num. 34. Carroc. tit. de success. quæst. 12. Guirb. decis. 58. num. 8. Rota apud Pacific. de Saluian. decis. 106. numer. 12. Marefcot. d. cap. 18. num. 8. & numer. 11. ex alijs ampliat ad locationem in plures annos.

Ratio huius sententiæ ommissis, quas D. Couarruuias refellit, & approbat, est, quia cum à principio constituitur pretium, quod soluendum est pro fundo tempore reuentionis, ratio non habetur fructuum futurorum, qui tunc pendentes fuerint, sed solum æstimatur fundus sine illis, cum accidentale sit, fructus pendere nec ne quando redimatur; quare iniquum esset, ipsos emptori tribui sine causa, & ita diuisio admittitur, vt quis reuendat fructuum pendentes, reueneat æstimationem. Hinc deducitur,

V. 2

præ

præfatam communem opinionem limitandam esse, quoties pactum retro uendendi interuenit pro pretio, quod partes decreuerint tempore retractus, quoniam tunc fructus pendentes omnino redimenti cedunt cum eo casu pretii statuatur habito respectu ad illos, propter quos valor augetur. Ita limitant Hermosill. supr. num. 7. Escobar d. vcl. Et tenendo, Ioseph. Ludouic. d. decil. 79. n. 17. 18. Baptista Costa dicit. q. 36. num. 7. Mantica supr. libr. 4. tit. 31. num. 21. Gratian. nu. 3. Sed si post moram eius, qui retro uendere tenetur fundus, fructibus pendentes redimatur, omnes ad emptorem, solutis sumptibus, indistincte pertinebunt, vt tenent Hermosill. cum multis numer. 14.

Ibi: *Secundò diligenter.*

37 Communiter reprobat, quod D. Covar. in præsentî tradit, videlicet quod si fundus vendatur, fructibus iam maturis, proximalque collectioni, & tempore retractus fundus in eodem statu reperitur, omnes fructus emptori debent cedere, hoc, inquam, DD. non admittunt secundum Ioseph. Ludouic. d. n. 18. Hermosill. nu. 8. & alios, quos hic refert, quorum fundamentum ex prædictis colligitur, nam in prima venditione pretium correspondet fundo cum fructibus, quos iam habet; at in constitutione pretii ad retractum fructus non considerantur, qui an in fundo futuri sint, cum redimatur, nescitur. Hermosilla tamen doctrinam D. Covarruuias iure probat ubi proximè cum tempus certum ad retro uendendum assignatur, tunc dicitur, vt tunc fructus pe-

dere soleant, omnes emptor lucrabitur de quibus contrahentes cogitasse, presumuntur, cum pretium statuerunt.

Nec obstat si aliquis pro D. Covar. dicat, quod cum fundus venditur pro mille, fructibus pendentes cum pacto, vt pro eodem pretio retro uendatur, quantum videtur, retractentem fundum cum fructibus pendentes eos sibi querere, vt equalitas seruetur, neque potest dici, contrahentes non considerasse in constitutione pretii incrementum futurorum fructuum, si quidem tantum estimantur fructuum tempore retractus, quantum valuit tempore contractus cum fructibus. Nam respondetur, longè minore esse valorem rei venditæ, quando distrabitur cum pacto retro uendendi, quam cum radimatur, pactum enim illud multum rei pretium minuit, & eius pars conuertitur, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. n. 9. Castil. lib. 2. quotidiana. cap. 25. n. 63. cum seqq. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. à n. 20. Roderic. de auar. reditib. libr. 2. q. 2. nu. 3. 24. Gratian. disceptat. forens. c. 2382. n. 37. cum seqq. Hermosill. in l. 42. glol. 1. n. 31. tit. 5. p. 5. Qua ratione fundus venditus cum fructibus pendentes eodem pretio estimatur propter pactum retro uendendi, ac ipse sine fructibus, illo onere sublato, vt quando redimatur, contingit.

Quomodo autem diuisio fructuum pro rata temporis sit faciendâ, tradit Escobar supr. num. 9. Ioseph. Ludouic. ubi proximè num. fin. Cuiac. libr. 14. obseruat. cap. 22. Hermosill. num. 9. August. Barbof. in collect. ad l. 2. nu. 64. C. de pact. int. empt. & vendit. Ant. Fab. coniect. lib. 1. cap. 13. Pact. hic.

fic. sup. inspect. 4. cap. 1. à n. 160. Molin. d. cap. 11. num. 18. Petr. Barbof. in d. l. diuortio, § quod in anno, num. 2. Petegrin. de fideicom. artic. 49. numer. 102. Fontanel. de pact. dup. tit. lib. tom. 2. claus. 6. glol. 2. part. 2. num. 42. Ayor. de pact. part. 1. cap. 9. num. 7.

Verf. *Sed ex Cumanî.*

41 Adde Gutier. d. cap. 33. n. 27. Socin. consil. 12. n. 7. vol. 3. Idemque erit, si fundus relinquatur ad vitam legatarij, quia fructus diuidentur: tamen aliud iuris erit, si alieu fructus fundi legatur in singulos annos quoad viuat: nam si incepto anno legatarius decedat, omnes fructus illius hæredi suo re linquitur, argum. à vobis §. ff. de ann. legat. Gutier. n. 28. Iafin. d. l. diuortio, n. 7. ff. sol. matr. Auendañ. respons. 5. n. 5. vcl. Que supra dicta sunt, Signorol. consil. 33. nam in legatis annuis, quale est istud, in principio cuiusque anni totum; quod pro eo relictum est, debetur, & in hæredes transfertur, in singulos §. ff. de ann. legat.

Num. 8.

42 Hæ leges fori, Ordinameti, & Tauri disponentes circa retractum iure sanguinis extant hodie in noua Recopilatione, suntque l. 7. 8. & 9. tit. 11. lib. 5. de quibus Anton. Gom. in ead. l. 70. Taur. Matienço in d. l. 7. Recopil. Gutier. practicar. lib. 2. capit. 145. cum multis sequentibus. Castil. in l. 74. Taur. Azueved. in eisd. legib. Recop. Hermosilla in l. 55. glol. 2. cum sequentibus. tit. 5. part. 5. & passim Regni colz.

Fructus, qui pendebant tempore emptionis, consanguineo retractanti fundam omnes debeantur, Ant. Gom. supr. num. 29. sub vcl. Secundo quia licet, Matienço in d. l. 7. glol. 12. num. 8. 9. Hermosill. in d. l. 55. glol. 8. nu. 47. Gutier. d. lib. 2. quæst. 158. num. 8. vbi disputat, Tiraquel. de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. glol. 7. num. 53. Alborn. in sua art. contract. lib. 3. tit. 3. fol. 122. col. 1. Ratio est, vt colligitur ex dictis supra: nam, cum leges Regiæ iubeant, pretium emptori per consanguineum retractentem reddi, necessarium sequitur, vt fructus pendentes tempore venditionis ad consanguineum spectent, cum pro eodem pretio fuerint comparati: Alioquin quomodo foret, quod eadem quantatem acciperet emptor pro fundo demptis fructibus, ac præstitit, cum isti pendebant in illo. Quod procedit, siue iam collecti sint cum fundo retractitur, siue adhuc pendent secundum eisdem DD. qui serè omnes affirmant, hæc primam conclusionem esse contra D. Covar. in præsentî, quatenus ait, fructus pendentes tempore retractus esse diuidendos inter emptorem, & consanguineum, sed si rectè locus iste intelligatur minimè præfatæ opponitur sententiæ, licet enim D. Covar. diuisionem admittat, non tamen sentit, fructus pendentes tempore venditionis ad consanguineum non spectare, sed habendam esse rationem temporis, quo ante moram dominium fuit penes emptorem, nam pro ea parte ipsius sunt, etenim sicut post emptionem ante moram fructus fatos, ac perceptos suos emptor facit, Gutier. nu. 9. Hermosill. dicit. num. 47. & omnes fatentur, ita & incrementum fructuum,

qui pendebant tempore emptionis, ad illum pertinet, qua ratione diuisio debet adueniri. Aliiter praterea potest intelligi D. Covar. quin prædictæ communi conclusioni opponatur, vt loquatur de fructibus satis post emptionem, & pendētibus tempore retractus, quo casu competunt, fructus pro rata temporis diuidendos, vt statim probabimus ex alijs. Ex quibus venit declaranda nostra præcipua cōclusio, dum diximus, fructus pēdentes, cum fundus venibat, omniā consanguineo deberi, nam est intelligendum, prout extabant tunc temporis, nam incrementum, quod habuerunt apud emptorem non morosum, ipsi cedet, cum interim fuerit dominus, periculūque rei emptæ sustinuerit, id quod, ff. de peric. & commod. rei vendit.

41 Fructus verō sati, ac percepti post emptionē omniā ipsi emptori quærentur vsque ad diem mortis, vel litis contestationis iuxta distinctionem D. Covar. hic, Gutier. d. n. 9. Hermosol. d. n. 47. Montaluo in l. 3. glos. magna, col. 9. circa finem, vers. Item quæto an proximiori, tit. 10. lib. 3. for. & in l. 3. glos. magna, col. 3. 4. tit. 13. eod. libr. Marienço d. glos. 12. num. 9. vbi ait, moram committi à die consignationis pretij, sequuta intimatione.

## Num. 9;

46 Consuetæ apponi in contractibus, etiam si omittatur, pro appositis haberi, probat latē Menoch. consil. 37. à num. 21. ferē per totum, & n. 73. D. Covar. hoc in loco nominatim impugnat, quam sententiam communē esse, constat ex Hermosol. in l. 32. glos. 3. n. 8. tit. 5. p. 5. vbi plurimos pro ea

laudat, ipse tamen etiam cum cōmuni contrarium sentit ibidem, vers. Sed his non obstantibus, de quo & Cetzallos agens de clausula quarentigis, q. 690. in qua controuersia ambiguitate posset forsan media via eligi, asserēdo, in rebus magni præiudicij veram esse D. Covar. & Hermosol. opinionē, in alijs autem Menochij sequendam, argumento eorum, quæ idem D. Covar. docet in rubric. de testament. p. 2. nu. 42. nam vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum, cap. vbi 3. de elect. in 6. cap. vlt. 7. quæst. 2. l. 1. §. sed & si quis, ff. de Carbon. edict.

## Num. 10.

47 Communis valde resolutio est, & in praxi sine controuersia recepta, redimentem censum teneri ad redditus decursos vsque in diem redemptionis, Felician. de cens. lib. 4. cap. vnic. n. 7. cum alijs, Baeza de decim. tutor. c. 28. num. 14. Mich. Salon. de contract. tit. de censib. art. 3. controuers. 18. nu. 11. Scaccia de commerc. §. 2. glos. 5. num. 171. Cenci. de censib. part. 3. c. 1. q. 3. art. 9. n. 42. Auendañ. eod. tract. cap. 10. n. 12. Thesaur. decis. 56. nu. 3. Roderic. de annu. redit. libr. 2. quæst. 15. n. 76. Giurba decis. 98. num. 16. cū alijs, Marefcot. variat. resolut. lib. 2. c. 61. num. 9. Caputaquen. decis. 103. p. 1. Sunt enim fructus ciuiles, qui singulis diebus percipiuntur, Tondur. quæstion. ciuil. cap. 69. n. 12. Vnde volens cēsum redimere, vt reddituum cursum impediatur, debet pretium sortis, & debitam pro rata temporis quantitatem legitimē deponere, nec solius capitalis consignatio proderit, argument. l. acceptam 19. C. de vsur. Carroc. de-

deposi. part. 2. quæst. 15. num. 9. Parlador. differēt. 73. §. 2. in fine. Quod adeo verum est, vt, si vel vobis nummus deficiat sortis, vel reddituum, etiā per errorem, nisi non cessent, Ceoc. d. art. 9. à nu. 38. Felic. d. cap. vnic. in appendic. sub n. 3. Giurb. num. 18. de quo tamen consulat Azeued. in l. 9. n. 17. tit. 11. libr. 5. Recopilat. Matienz. ibi glos. 4. n. 12. Didac. Per. ad Segur. in l. vobis ex familia, §. sed si fundum, n. 9. ff. de leg. 2.

48 Sicut pecunia pro rata temporis domino cecidit vsque ad diem redemptionis soluenda est, ita & vinum, oleū, vel frumentum debebitur, si in his speciebus reditus sint constituti, etiam si nondum tempus collectionis fructuū aduenerit, quoniam census ea est natura, vt quod reddit, & que diuidatur pro rata temporis, neque aliud attenditur ad reddituum acquisitionem, nisi lapsus temporis, Molin. de iust. & iur. disp. 390. num. 4. Lugo d. tom. 2. disp. 27. sect. 6. num. 93.

## Num. 11.

49 Seclusa lege positua, licitū est censum constitui, vt reditus in alia specie, quam pecunia pendatur, sed hoc verum est non solum in Hispania, sed & in Gallia, & Germania propter periculū iniustitiz, quæ sic facile palliatur, Salas de censib. dub. 55. num. 1. 2. Lugo dicit, disp. 27. sect. 2. §. 3. à numero. 42.

50 Communiter admittunt DD. has duas limitationes ad l. 4. tit. 13. libr. 5. Recopilat. qua non obstante, poterit census irredimibilis, vel reservativus imponi, vt reditus presentetur in oleo, vino, vel frumēto, dummodo in frad-

dem legis nō fiat, de quo Gutier. prædicar. lib. 2. quæst. 170. per totā, Molin. disp. 393. n. 2. Azeued. in d. l. 4. nu. 3. Roderic. supr. lib. 1. quæst. 12. n. 3. & quæst. 13. per totam, & quæst. 17. n. 7. Garcia de expens. cap. 9. n. 77. Auendañ. de censib. cap. 46. n. 5. cum seqq. & cap. 47. n. 5. Felician. eod. tract. libr. 2. cap. 1. num. 42. Parlador. dicit. §. 2. per totum.

## Num. 12.

Ibi, Cui quæstioni oportet præmittere.

51 Clericos testari non posse de bonis intuitu Ecclesiz acquisitis, sed ad ipsam pertinere iure Canonico, competitum est, cap. cum in officijs 7. cap. relatum 12. de testament. facit Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1. D. Covar. in d. cap. cum in officijs nu. 16. vbi ampliat ad res emptas pecunia ex ipsis redditibus collectas, Nauarr. de reddit. Ecclesiastic. quæst. 3. n. 5. Marefcot. sup. lib. 2. cap. 2. à num. 9. Menoch. consil. 223. num. 3. & n. 2. ait, bona in dubio præsumi acquisita intuitu Ecclesiz, Sanch. & alij proximē referendi. Quid de quotidianis distributionibus, vide Sanch. dub. 46. D. Covar. nu. 14. Marefcot. nu. 11. In Hispania tamen ex cōmuni, ac generali cōsuetudine receptum est, vt ea bona ad Clericorū successores sicut patrimonium, tam ex testamento, quam ab intestato perueniant, l. fin. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Molina de pūmogen. lib. 2. c. 10. num. 54. Auendañ. respons. 19. n. 8. Sarmiento de redimib. Ecclesiastic. part. 2. cap. 6. & part. 4. cap. 1. num. 8. Escobar de ratiocin. lib. 2. comp. 20. nu. 23. vers. Verum prædicta, Sanch. con-
**7** Index legitime præcipiens, instrumentum in iudicio prædati, si possessor eius parere contumaciter decrederet, pronunciare poterit, ut à contumace quandoque productum nullum in iudicio fidei obrineat. Conclusio nem istam tenent etiam Felin. in cap. G. perpetuus, numer. 13. vers. Amplia quæst. col. 1. de fid. instrument. Bart. in l. hi qui ad civilis, num. 5. C. de appellat. Pacian. dict. lib. 1. cap. 66. a nu. 172. Cancer. variat. lib. 1. cap. 19. n. 23. Mistril. decil. 187. num. 9. cum alijs. Aueadano in l. 41. Tit. glos. 4. nu. 9. Guib. Pap. quæst. 245. num. 11. Pareja qui & alios refert, de instrument. edit. tom. 2. tit. 7. resol. 2. num. 20. vbi per totam de pznis, quas infligere potest index ei, qui iussus edere instrumenta, quæ penes se habet, aut habere, fore præsumitur, contumaciter renuit.

**8** Vt autem locus sit præfate conclusioni, duplex admonitio præcedere debet interpolatè, l. asin. l. 2. bur. 11. vers. Ego ultra scriberes, col. 9. C. de ed. Purpurat. ibidem, num. 32. vers. Lantano tamen, col. 9. Ripa in ead. l. n. 17. vers. Contra has conclusiones, col. 4. quos adducit ac sequitur Pacian. supr.

num. 179. Et quomodo liberetur quis ab instrumentorum editione probando amissionem, vel iure iurando, tradunt DD. in l. fin. C. de fide instrum. & latè Pareja supra resolut. 8. a num. 30.

Ibi: Sunt item alie iuris.

Videas l. 47. tit. 2. part. 3. vbi Gregor. Lop. l. fin. iuncta glos. vltim. C. de vlt. pupillarib. l. si seruus 4. ff. de bon. aut hor. iudic. possid. l. si eo 6. C. de remil. pignot. & alia iura per Accursium adducta in d. l. diffamari.

Num. 2.

Quod diffamator bis sit præmonendus ante silentij perpetui impositionem, & quousque communius videtur, & ita docent Greg. Lop. in dict. l. 46. glos. 4. in fine, Contard. supr. cap. 2. nu. 30. Paz dict. §. 1. num. 3. Trentacinq. nu. 5. vers. Secunda est, Anton. Gabr. d. tit. de actionib. concl. 2. in limitat. 21. Tusch. dict. conclus. 41. num. 14. vbi ait, abiectionem ter præmonendum, Natta in element. sepe de verb. signif. Cotta in memorabilibus, vers. Index potest, Gomez in §. præiudiciales, col. fin. inst. de actionib. Capyci. decil. 210. Quauis vnicam admonitionem sufficere, teneant Cagnol. sup. Dec. in l. fin. col. 17. C. de edic. D. Adrian. tollend. Sed si post terminum, siue vnicum, siue duplicem lapsum accedat diffamator acturus, antequam sententia perpetuum silentium imponens feratur, audiendus erit, ex Ant. Gom. supr. n. 25. Gregor. Lop. vbi proxime, glos. vltim. modò expensas diffamato refundit, Trentacinq. num. 4. vers.

verf. Sed primo casu, Cagnol. numer. 16. 20.

Ibi illud sine causa preter mittendum.

12 Nisi vel summariè per legitimam probationem confiteri iudici de diffamatione, auxilium dictæ constitutionis concedere non debet, Paz d. num. 3. Cagnol. num. 6. Comard. in quæstio. lib. num. 4. 5. Villadieg. num. 108. Molin. dict. cap. 14. num. 31. Tondut. sup. cap. 8. num. 1. Gutier. dict. conf. 51. n. 4. vbi ait le nunquam, dum aduocandi munere functus est, cumulasse, aut ab alijs cumulatum vidisse remediũ, d. l. diffamari, cum auxilio d. l. si contendat, Tusch. d. conclus. 411. num. 8. Cancet. sup. nu. 55. Trentacinq. numer. 4. in fine.

Num. 31

13 Quod ad vtendum remedio d. l. si contendat nulla diffamatio desideratur, quanvis ad beneficium d. l. diffamari, opes sit, notat Molin. Tondut. Gutiere. sup. Paz dict. cap. 9. litem. 5. 2. num. 1. Cancet. dict. part. 3. cap. 1. n. 37. Tusch. dict. conclus. 411. num. 10.

14 Et de alia differentia inter præfata remedia, nam in primo solum intenditur, vt iudex declaret, exceptionem illo agenti competere; in secundo autem de auferendo iure suo diffamatori, si aliquid habet, vt ex præfatis DD. ipsique legibus apparet. Alias differentia, refert Ioan. Bapt. Marchesan. libr. 3. tit. 1. tit. de communi iactat. numer. 85.

Ibi Secundum quod ab eisdem communitatibus receptum est.

De præf. d. l. si contendat, Paz d. 5. 2. per totum, Sarment. d. cap. 2. Roderic. Suar. allegat. 4. nu. 5. cum leg. Villadieg. dict. cap. 8. num. 102. Molin. sup. num. 5. 22. 30. 31. Canc. dict. cap. 1. num. 56.

Num. 43

16 Ad quæstionem istam præter laudandos infra 2. num. 33. sunt consulti di Ioan. Bapt. de Thoro in compend. decision. Neapolit. verf. Remedium legis diffamari, Per. Barbof. in postea quam num. 99. ff. de iudic. Montalegre in praxi libr. 1. cap. 2. numer. 53. 82. & cap. 3. num. 47. Percir. decis. 129. Ripol. variar. cap. 1. a. n. 171.

Ibi: Drinold. Bartolus, licet existimet remedia.

17 Agens remedio l. diffamari, quoad primam petitionem actor, quoad cetera reus habetur, Bartolum sequuntur. Tondut. sup. num. 3. Cancet. nu. 62. Gregor. Lop. glos. 3. vbi ait, sufficere quod liberus faciat, citati patronum, vt vxiat petere teneatur, Trentacinq. num. 6. verf. Cum hæc ignitur, Gutier. dict. conf. 51. numer. 21. Menoch. agens de vassallo, consil. 1672. num. 16. Anton. Gabr. dict. conclus. 6. numer. 27. Quare præfata remedio vtens, gaudet privilegijs, quæ reo competunt, & ita, actore non probante, absoluitur, Cancet. nu. 63. Dec. conf. 3. num. 9. 10. Grauan. dict. cap. 85. num. 45.

Ma:

Num. 5.

18 Maiori excommunicatione ligatur, vt eos remedio dicit. l. diffamari, potest à iudicio repelli, idemque iuris est, quoad l. si contendat, nam et si reu esse dicamus, attenda casus origine, vt

19 trô ad litigandum venit. Excommunicatus autem non auditur, nisi trahatur, vt reus necessarius, Marti. Alterius de censur. lib. 2. dispot. 3. cap. 2. col. 4. lit. B. Anton. Ricciul. de iure person. extra gram. Eccles. existent. lib. 4. cap. 33. à princip. Aug. Barbof. in collect. ad cap. intelleximus, num. 20. de iudic. Gregor. Lop. vbi proxime, 3. Oualsh. ad Donell. lib. 20. cap. 4. lit. A. Potest tamen contra ipsum versusque legis remedium iqtetari, nam et si actor futurus sit, nõ est voluntarius, sed compulsus, et que i deo, vt se teneatur, stare in iudicio non prohibetur, argument. cap. cum inter 3. de except. cum alijs.

20 Nam cum iuitas ad agendum trahatur, quoad hunc effectum potius reus est cogendus, quam actor, & ita docet Socin. regul. 173. incipit: Excommunicatus regulariter limit. 1. Dec. in cap. significauit, num. 13. de offic. ordinari. Roachegal. in rubric. de duob. reis, num. 32. Parisi. in cap. exceptionem, nu. 6. de exceptionib. quos refert, & sequitur Barbof. in addit. ad collectan. dict. cap. intelleximus, nu. 5. Trentacinq. num. 8. verf. Secunda est opinio, Nataca sup. col. 4. 1. Cagnol. num. 130.

21 Ibi: Obiter tamen erit considerandum, quod præfatus excommunicatus, etiam in foro seculari, potest repelli agens, l. 6. tit. 9. part. 1. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 11. num. 15. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 103. num. 4. Paz in prax. tom. 1. tempor. 5. num. 40. Tiraquel. de retract. ligoag. 5. r. glos. 9. nu. 28. Ricciul. sup. lib. 4. cap. 31. num. 15. in fine, Comie 2. Vayo in prax. lib. 1. cap. 10. num. 1. Ceual. tom. 1. quæst. 67. in princip. Heuta Bolanos in Curia, part. 1. 5. 10. num. 2. Quod est ver. ligendum, si sponte agat, nam in iuris minime repellitur; vt in exemplo supra posito, quod generaliter dicitur ex alijs Barbof. vbi proxime num. 6. Qui in collectan. ad d. cap. intelleximus à tom. 10. calus enumerat, in quibus excommunicatus auditur agens in iudicio. Notandum tamen est, quod si causa cum excommunicato peragatur, nihil opponente aduersario, valet, quod actum est, Ricciul. sup. nu. 36. Caldas de resolut. emphyteul. cap. 17. num. 10. verf. Infero vige simo quarto, Peregrin. dict. tit. 11. nu. 17. Comard. sup. cap. 4. num. 82. Rota decis. 27. de rescript. in antiq.

22 Præfatus excommunicatus, etiam in foro seculari, potest repelli agens, l. 6. tit. 9. part. 1. Peregrin. de iur. fisc.

lib. 3. tit. 11. num. 15. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 103. num. 4. Paz in prax. tom. 1. tempor. 5. num. 40. Tiraquel. de retract. ligoag. 5. r. glos. 9. nu. 28. Ricciul. sup. lib. 4. cap. 31. num. 15. in fine, Comie 2. Vayo in prax. lib. 1. cap. 10. num. 1. Ceual. tom. 1. quæst. 67. in princip. Heuta Bolanos in Curia, part. 1. 5. 10. num. 2. Quod est ver. ligendum, si sponte agat, nam in iuris minime repellitur; vt in exemplo supra posito, quod generaliter dicitur ex alijs Barbof. vbi proxime num. 6. Qui in collectan. ad d. cap. intelleximus à tom. 10. calus enumerat, in quibus excommunicatus auditur agens in iudicio. Notandum tamen est, quod si causa cum excommunicato peragatur, nihil opponente aduersario, valet, quod actum est, Ricciul. sup. nu. 36. Caldas de resolut. emphyteul. cap. 17. num. 10. verf. Infero vige simo quarto, Peregrin. dict. tit. 11. nu. 17. Comard. sup. cap. 4. num. 82. Rota decis. 27. de rescript. in antiq.

26 Imò possunt iudices Ecclesiastici per censuras compellere seculares, ne admittant excommunicatos ad litigandum, cum de iure non licet, Bouadill. in politic. tom. 1. lib. 2. cap. 17. nu. 76. vbi alios laudat. Et licet pars nõ obijciat exceptionem, potest iudex ex officio excommunicatum vitandum reijcere, Paz. Suar. de censuris disp. 16. sect. 3. num. 2. Sayr. cod. tract. libr. 2. cap. 7. num. 3. Bonac. disp. 2. quæst. 2. punct. 7. num. 9. Socin. in cap. sacris, num. 337. de sentent. excommunicat. Ricciul. sup. cap. 31. num. 19. Vtrum, quando licet, possit excommunicatus comparere personaliter in iudicio, vel teneatur procuratorem constituere maximè in causis arduis, controuertitur,

tur, de quo P. d. tempor. 5. a nu. 49. vbi alij, Barbara in d. c. intelleximus, num. 8. 9. 31. 32. A. uita de censur. part. 2. cap. 6. disp. 6. dub. 2. Suar. supr. sect. 4. num. 6. Bon. cin. d. pupel. 7. num. 8. B. 11. in d. cap. intelleximus, no. 2. Ex quibus tenendum est, quod quando excommunicati vti ad industria ad sui defensionem, & causa expeditionem presentem non desideratur, cogendus est, procuratorem constituere, si eum idoneum inuenierit.

39 Illud non est praetermittendum, excommunicatum etiam non denunciatum agentem in iudicio, parte opponente, repellendum esse, vt recte docet Barbof. in dict. addit. ad collect. c. intelleximus, nu. 8. contra Didac. Perez & alios, quibus non suffragatur extraneus constitutio, que incipit: Ad contrauersus, cuius licentiam, & intellectum tradidit D. Couarr. in cap. Alma Mater, part. 1. s. 2. a nu. 7. de sentent. excommunicate in 6. Paz dict. temp. 5. nu. 70. cum seqq. Gutier. Canonice lib. 1. cap. 1. per totum. Tum quod licet ex ea non astingantur fideles ad vitandum excommunicatum non denunciatum, nisi fuerit notorius clericus percussor, iuxta interpretationem communem vlt. receptam, possunt tamen eum vitare, si velint iuxta ius antiquum, cum non ab homine 14. & ibi glos. & D. D. de sent. excommunicat. nulumque ius est excommunicato ad communionis actus, cum in dict. extraneus expresse dicatur, Legislator non intendere in aliquo excommunicato releuare. Tum etiam quoniam prohibitio ne excommunicatus audiatur agens, quatuor rationibus nititur, quas refert cap. 1. de except. in 6. & licet vna deficiat, quae est communitio-

30 nis periculum, aliae supersunt etiam poss. dict. extraneus, ex quibus excommunicatus ante denunciationem debet repelli, quod de iure vetus est.

*Verf. Adducitur his omnis. Ibi: Et videtur pro hac parte.*

31 Apud quem iudicē petenda sit reductio ad arbitrium boni viri adversus sententiam per arbitrum latam, tractant Azueved. in l. 4. a nu. 147. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Sord. conf. 106. n. 1. 17. Thelant. decif. 14. Auendañ. de exequend. mand. part. 1. cap. 1. nu. 27. Cacheran. decif. 150. num. 5. Petr. Barbof. in l. h. res absens, s. proinde, n. 39. ff. de iudic. Ceual. quest. 89. num. 7. Roland. conf. 24. num. 12. vol. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 100. nu. 51. s. 2. Did. Petez in l. 12. vers. Quarto, tit. 15. lib. 2. Ordinament. Et vltra duas opiniones, de quibus hic D. Couarr. est tertia, quae habet, ad eundem esse iudicem eius, contra quem reductio postulat, Gutier. dict. conf. 51. nu. 9. 24. D. Couarr. infra lib. 2. cap. 12. num. 1. 2. Qui haec amplectitur; tamen non est reiicienda opinio Afflicti, quae docet, superiorem arbitri esse iudicem competentem, nam cum arbitri laudum corrigi per hoc remedium postuletur, congruum videtur, vt inferioris error, aut dolus per superiorem ipsius corrigatur, sicut in appellatione (cui reductio similis est, l. non distinguemus 37. s. cum quidam, vbi glos. verbo species, ff. de arbit. 10b. eadem rationem observatur, l. si quis in appellatione, ff. de appellatione. Imò secundum alias sententias contingere posset, vt laudum superioris, ab inferioro-

32 tiore, subditoque illius reformaretur, veluti si ille eligeretur in arbitrum, & hic esset iudex ordinarius eius causae, vel litigantis, contra quem reductio postulat, quod absurdum esse, nullus inficiabitur, quare Afflicti adimplentur, Gregor. Lop. in l. 23. glos. 15. tit. 4. part. 3. & alij, adnotantes, quod, si clericus, & laicus arbitri simul eligatur, pro reductione ad boni viri arbitrium adiri debet superior Ecclesiasticus, tanquam dignioris, Felin. in cap. 1. num. 6. vers. Noto secundum, de praescript. Barr. in l. h. res absens, s. cum omnibus, ff. de exculat. tutor. Bald. in l. praecipimus in fine, C. de appellat. Dec. in rubric. de appellat. n. 13. Aufrer. de potestate. Eccles. num. 49. Parisi. conf. 45. n. 11. 6. 5. vol. 1. Speculat. in tit. de arbit. s. 1. vers. Sed quid etiam, Beller. disquisitor. cleric. part. 1. tit. de fauor. cleric. person. s. 16. nu. 5. Non obstat l. 2. C. vbi de apud quos, quae pro D. Couarr. facere videtur, cum ea non agatur de imperitia, vel de lo iudicis corrigendo, sed de retractando, fauore etatis, quod legitime gestum est, sed meminisse oportet, hac de re esse apud nos dict. l. 23. tit. 4. p. 3. vbi cadetur, reductio ad arbitrium boni viri esse postulantem apud iudicem ordinarium loci, vbi arbitratum est, & hoc approbant per illum textum, Barbof. supr. Greg. Lop. ibi Hermos. in l. 9. glos. 9. n. 12. tit. 5. part. 5. & alij supra laudati.

*Ibi: Quod idem probatur ea ratione.*

De hoc latè Carleual. supra dict. disput. 2. a n. 203. & diximus iam ad cap. 4. sub vers. Verum vt res, n. 26.

*Ibi: Ex quibus apparet, agendum ex l. diffamari.*

33 Vtens remedio l. diffamari comparere debet coram iudice, apud quem ipse conuenitur, si actor iudicium inchoaret, secundum receptiorem doctrinam, pro qua, vltra adductos in presenti, Gregor. Lop. in dict. l. 46. glos. 3. Argel. de legitim. contradict. q. 3. art. 6. num. 190. Marant. in specul. part. 4. dist. 21. num. 19. Pacian. dict. c. 56. num. 24. vers. Sed in contrarium, Anton. Gabr. commun. lib. 3. tit. de actionib. conclus. 8. nu. 41. Ponte de c. 31. per totam, Cyriac. tom. 1. controuers. 161. Missoneri. cent. 6. obseruat. 90. Cagnol. supra num. 9. Contrad. ibidem quest. 1. num. 2. Sese de c. 113. a nu. 5. Gutier. dict. conf. 51. a nu. 10. Paz dict. s. 1. in fine, Villadiego dict. num. 108. Rora decif. 236. part. 1. Tusch. supr. conclus. 413. n. 2. Capyc. decif. 18. Vissil. in addit. ad Afflicti decif. 268. Trentacost. n. 6. vers. Cum haec igitur, Cacheran. decif. 250. Gratian. dict. cap. 83. & alij apud Capyc. decif. 39. n. 5. lib. 1.

*Ibi: Bess contrarium nempe rotantem remedio.*

34 Sed quod ad eundem sit iudex eius, qui ad iudicium prouocatur, contra praedictos sentiunt Carleual. dict. disput. 2. num. 202. Franchis decif. 657. Tondut. dict. cap. 8. num. 3. etsi obscurè loquatur, Gagliard. de iuram. s. 4. num. 29. Boer. dict. quest. 253. n. 7. Abbas in cap. cum inter de except. Dec. conf. 487. & conf. 686. in fine, Parisi. in cap. in presentia, num. 19. de probat. Mauloni. de caus. exequuti. lib.

lib. 1. quæst. 7. ampliat. 40. à numer. 2. Quod ea ratione descendit potest, quia iudicium, in quo reus intendit, ut actor experiri compellatur, aut ei silentium imponatur, aliud est, ac distinctum ab eo, quod sequitur, si prouocatus diffamator agere velit, ut obseruat Carleual. supr. Gail. practic. obseruation. lib. 1. obseruat. 11. num. 2. cū alijs, quare in primo cum reus originarius actoris vice fungatur, forum eius, contra quem agit, sequi tenetur. In secundo autem actor originarius adhibet iudicem diffamati. Quo seruabitur in utroque iuris regula, ut actor rei solū sequatur, de qua in cap. cum sit generale 8. de for. competet. Atque ita alter erit iudex causæ præparantis, & alter causæ præparatæ, absque eo, quod obstat commune axioma iuris: ut scilicet iudex causæ præparatæ sit etiam causæ præparantis, deductum ex l. ordinarij 13. C. de re iudicat. cuius meminit Tondut. de præuent. iudicij, part. 1. cap. 23. num. 1. vers. Item quia, Posti. de manutent. obseruat. 6. nu. 3. Carleual. cum plurimis dict. disput. 2. num. 204. Quoniam regula ista solū procedat, ubi alius iudex est competens ad utramque causam, tunc ibi finiri debet iudicium præparatum, ubi præparatorium est inchoatum, et eorum propter connexionem, quam inter se habent, et si duo sint, idem seruatur, ac si esset vnicum, iuxta l. ubi acceptū 30. ff. de iudic. Sed sola cognitio causæ præparatæ non præstat iurisdictionem, ipsam non habenti ad causam præparatam, ut in casu dict. l. diffamatoris, quo cum diuersi sint rei, si eiusdem fori non fuerint, iudex diffamatoris solum est competens ad præparatorium, & iudex diffamati ad præpara-

tum, ut colligitur ex Cyrino. contro. vers. tom. 2. controuers. 387. a nu. 50. qui aliter, causæ continentiam diuidi, quoties rei sunt fori diuersi, Rimio. sen. conf. 464. num. 26. Schrader. col. 24. sub n. 6. v. vol. 2. Vnde hæc sententia, et si non tam communis habeatur, nec vlti recepta, quam contraria, iure sustineri ita potest.

Ibi: Ex quo & Alexander dict. conf. 103.

Alexandrum sequuntur Cyrino. d. contro. vers. 161. num. 3. Contard. & Cagnol. ubi proximè, alferentes, clericum, vel Episcopum, qui se iactauerit ad seculare Tribunal, ex d. l. diffamari trahi posse, Cancr. numer. 6. 2. Trentacinq. n. 6. in fine, Capyc. d. decil. 18. Quoniam per diffamationem prouocat laicum ad iudiciū, seque ad litigandum coram legitimo iudice rei astringit, Tusch. dict. concl. 411. n. 5. Salycet. & Castren. in l. vnic. C. ut nem. inuit. Gratian. supr. nu. 14. Trentacinq. n. 6. vers. Prima est,

Num. 6.

Quoties reus duplicem forum habet iure communi, actor eligere poterit, in quo velit aduersarium conuenire, Carleual. cum multis dict. disp. 2. num. 152. Marant. in l. si actor, numer. 33. ff. de procuratorib. Paz in prax. to. 1. temp. 1. num. 67. Cabed. Lusitanar. decil. 54. num. 2. part. 1. Tondut. supr. part. 2. cap. 42. num. 11. Sed si ex privilegio reus plures iudices habuerit, ipse est electio, Cabed. & Marant. ibidem, D. Couarr. practicar. cap. 7. n. 5. vers. Sexto deinde, in fine, Bald. in l. cum clericis, C. de Episcop. & cleric. Car-

Carleual. qui alios refert supra num. 602. Barbol. in collectan. ad cap. dilecti, n. 12. de for. compet.

Ibi: Quod si reus proponat in iudicio.

41 Vbi actoris, qui diffamant, est electio, etiamsi reus diffamatus vnum iudicem adeat, causa ad eum, quem voluerit diffamator, remittetur, quod docent Tusch. dict. concl. 412. nu. 5. Cagnol. supr. num. 10. vers. Secunda dubitatio, Tondut. dict. cap. 3. num. 4. Paz ubi proximè, num. 69. & committer DD. Non enim amittit ius, sibi ut actori competens, quando inuitus ad iudicium trahatur. Quicquid sentiat Trentacinq. num. 7.

Ibi: Nam si de eo solus ageretur.

42 Hic D. Couarr. concedit, vnum esse iudicem causæ præparatæ, & alterum præparantis, quod est notandum ad dicta nuper num. 34. cum legq.

Num. 7.

43 Remedium l. diffamari, commune est causis omnibus, tam civilibus, quam criminalibus, quod omnino in praxi receptum est, & licet Sarmient. dict. lib. 1. selectar. cap. 2. contendat, de iure solum habere locum in causa status, contrarium Interpretes concordati calamo firmante, præfatam conclusionem comprobantes, Anton. Gorn. dict. tom. 3. variar. cap. 1. num. 17. 18. ubi alios laudat, Pichard. in manu. dition. dict. s. 4. num. 47. Paz dict. s. 1. num. 2. Molin. dict. cap. 14. à num. 23. Ioan. Gara. de nobilit. glos. 47. à n. 17. Pat. Molin. de iust. & iur. disput. 639.

col. fin. Valladieg. dict. numer. 208. Ossa ad Donell. lib. 17. cap. 4. h. G. Gregor. Lop. in d. l. 46. glos. 2. Gu. tier. supr. num. 5. Tusch. dict. concl. 412. num. 2. Tréfacinq. num. 1. Natta in d. clement. xpe, de verb. obligat.

Num. 8.

Idem docent Molin. supr. nu. 28. 29. ubi rectè ait, maximum nocuum etiam fieri de præfati successoris mortis ex diffamatione possessoris iactantis, primogenium post mortem suam ad illum non peruenit, nam iudex futuræ successiois solent uxores nobiles, diuitesque repetite successores, communique æstimatione honorantur, quare acquisitio, vii auxilio dict. l. diffamari, permittitur, Gutier. conf. 12. num. 1. Ariz. Pincl. in l. 1. part. 3. num. 78. C. de bon. materno. Padilla in l. 1. num. 30. C. de fideicommiss. Ant. Gorn. in l. 40. Taur. numer. 79. Gregor. Lop. in l. 1. tit. 2. part. 3. Valase. consult. 184. à num. 4. Sarmient. dict. cap. 2. & libr. 7. cap. 6. D. Francisc. de Leon, Valent. decil. 33. num. 14. 15. Pereira decil. 72. per totam, & decil. 129. num. 2. faciunt tradita latissime per D. Latrea, licet diuerso casu loquatur, Granatenl. decil. 38. per totam. De alijs quæstionibus, ad d. l. diffamari, attingentibus, consulas Trentacinq. supr. qui sedecim enumerauit.



AD CAPVT  
Decimum nonum.

SVMMARIVM.

- 1 DD de materia agentis recitentur.
- 2 Donatio facta extraneo non liberto, an renouetur in toto ex l. si rursus, C. de reuoc. donat. filiorum natiuitate referatur negotia. Traditur edicta posterior.
- 3 Id quod retro similiter responderet disponens interrogatus, habetur pro expresso in dispositione.
- 4 Donatio facta extraneo ab existimanti filium, quem habebat, obijisse, errore detecto, renouatur.
- 5 Vbi donans de futuro cogit esse liberum, comprobatur, non est locus dict. l. si rursus.
- 6 Filius habens se donat, alij superuenientibus, non est renouanda ex dict. constitutione donatio.
- 7 Fallit, si proles existens tempore donationis odio a patre habebatur.
- 8 Si donetur ab habente filios naturales, vel adoptiuos, legitimis, et naturalibus natis donatio renouatur.
- 9 Partim aditus, et naturaliter, necesse non possit, donatione non renouat.
- 10 Quo tempore se nascatur infans, vidualis non fit, remissio.
- 11 Renouatio specialis dict. constitutionis impedit donationis renouationem.
- 12 Donatio ob causam filiorum natiuitate non retrahatur.
- 13 Nec remuneratoria.
- 14 Donans extraneo, non presumitur de filij cogitare.
- 15 Melius est in dubijs fauere repetitio

ni, quam aduentitio lucro.

- 16 Donatio facta ab eo, qui de liberis cogitauit, renouatur dumtaxat quoad legitimam superuenientium.
- 17 Renouatio ex dict. l. si rursus contingit ipsa iure, et reuocante donatore.
- 18 Auxilium dict. constitutionis solum competit, si filius legitimus donatori nascatur.
- 19 Quid de legitimatione per subsequentes matrimonium.
- 20 Filius legitimatus in articulo mortis per subsequentes matrimonium in fraudem non renouat donationem.
- 21 Filius incapax successione, cum patre donat, si per subsequentes matrimonium postea legitimus fiat, renouat donationem.
- 22 Filius legitimatus per rescriptum Principis, ad renouandam donationem non proficit.
- 23 Vtrū filius naturalis reuocet donationem a matre factam, ex d. l. si rursus.
- 24 Renouatio legitima in actu formam, cap. quoniam pascunt, filiorum natiuitate non renouatur.
- 25 Primogenitus si maior atui renouat, prole suscepta, renouatio retrahatur.
- 26 Ex d. l. si rursus dominium rei donate ipso iure ad donatorem reuertitur.
- 27 An donationes causa mortis, et legata ex d. constitutione per filij natiuitatem renouentur? Remissio.
- 28 Si donator post renouationem donationis, cui posset, non manifestauit voluntatem renouandi, an ex hoc donatio renouetur?
- 29 Donatio filio facta solum quoad legitimam postea naturam infringitur.
- 30 Donatio facta filio naturae, non uoto legitimo in totum renouatur.
- 31 Natura quoad patrum a morem differentiam inter legitimos, et illegitimos filios non statuit.

Do

- 32 Donatio filio adoptiuo facta, natis legitimis, et naturalibus, in totum retrahatur.
- 33 Donatio facta filio, alij postea natis, renouatur etiam quoad tertium, et quintum, secundum aliquos.
- 34 Melioratio fieri, aut grauamen imponi non potest, unico existenti filio.
- 35 Si tempore meliorationis multi erant liberi, et cum patre moritur, unus filius repertus, gilla corrumpit.
- 36 Habens filium unicum, nepotem ex eo potest meliorare.
- 37 Etiam si ex deo unus sit.
- 38 Obtinens Regiam facultatem ad constituendum maioratum in filio, non potest nepotem primo loco vocare ad successione, filio inuito.
- 39 Imperata facultate ad maioratum constituendum in uno ex filijs in ea nominatis, nequit primum vocare nepotem ex ipso patre.
- 40 Donatio facta filio unico non retrahatur quoad tertium, et quintum aliorum natiuitate.
- 41 Donationem Ecclesie factam non renouari, nisi quoad legitimam filij natiuitate, qui ducens.
- 42 Potior est filius Ecclesie in bonis patris, etiam retrahat legitimam.
- 43 Filius non debet legitimam ex bonis patris ipsius ascendentibus.
- 44 Monasterium testamentum non infringit Religiosi, licet se presertim inuenierit.
- 45 Monasterium, quod quis ingrediatur, non est Religioso loco filij, nisi in casibus iure expressis.
- 46 Monasterium habetur loco filij, ut excludat substitutum in casu. cap. in presentia de probat.
- 47 Si testator expressim cauerit, ne Monasterium excludat substitutum, si quis uoluit asseruabitur.
- 48 Si puella legitur ducenta, si nupsit, et centum, si religiosa fiat, ducenta debent ipsi Monasterium ingressa, qui ducens.
- 49 Decisio l. Titie 99. ff. de condit. et demonstr. in viduis hodie non obseruatur.
- 50 Conditio abstinenti a nuptijs, si viduis apponatur, non reijcitur.
- 51 Vidua hoc ius tractatu quae dicatur.
- 52 In casu proposito supra n. 28. uoluntas testatoris est omnino seruanda.
- 53 Inclaris non est locus coniecturam.
- 54 Conditio viduitatis reijcitur aduersus manifestam desuncti uoluntatem.
- 55 Legatum alicui relictum, si nupsit, consequitur, si religiose ingrediatur.
- 56 Fallit, ubi constat de contraria uoluntate desuncti.
- 57 Sacris uinculis legatum sub conditione inuendi matrimonium lucratur.
- 58 Quid si legataria fiat Tertiarium.
- 59 Legatum gener aliter pro uirginibus maritandis, an passim Religionem ingressis applicari?
- 60 Legatum sub conditione, si non nupsit, percipit nubendo legataria.
- 61 Interest publico, matrimonium frequenter.
- 62 Vidua nubens amittit legatum sibi relictum, si non nupsit.
- 63 Quoties causa pia est substituta, et in eum conditio viduitatis sit implenda, ut legatum queratur?
- 64 Licet relinquens sub conditione viduitatis exprimat, ut nubenti nihil praestet, debetur legatum.
- 65 Expressum dicitur, quod ex uerbis manifeste colligitur.
- 66 Tacitum, et expressum idem est iudicium.
- 67 Expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur.
- 68 Conditio appositae, ut Religiosus, Cc 2

Cc 2

- aut Presbyter fiat, non debetur reli-  
ctum nubenti.
- 69 Condicio rjuncti continenter rjij-  
citur, & matrimonium iniectis relicto  
sub ea capit.
- 70 Virum conseqnatur relicto sub co-  
ditione ingrediendi religionem Tertiar-  
ius Ordinis D. Francisci.
- 71 Que desideratur, ut Tertiarj gaud-  
deant privilegijs Religiosorum.
- 72 Conditiones specificę sunt implenda.
- 73 Legatum sub conditione ingrediendi  
Religionem an debeatur assumentis  
habitum Ordinis Militaris?
- 74 Equites Ordinis Militaris in  
vram sint veri Religiosi remissive.
- 75 Verba secundum communem loquē-  
di usum accipi debent.
- 76 Ponens ingredi Religionem, nō sa-  
tis facit, assumpto habitu Ordinis mili-  
tatis.
- 77 Qui promissit ingredi Religionem, si  
in alij non recipiatur, Militarem in-  
gredi non tenetur.
- 78 Al percipiendum legatum sub con-  
ditione Religionis, suspicis ingressus, si  
fraus absit.
- 79 Legatum sub conditione Religionis  
irreparabiliter amittitur, matrimo-  
nio inito post diem legati cedentem, vel  
delatam successionem, si hereditas ita  
relinquatur.
- 80 Argumentum de matrimonio car-  
nali ad spirituale non tenet, si ratio di-  
uersa reperitur.
- 81 Virum capiat relicto sub condi-  
tione non ingrediendi Religionem, qui  
contra facit.
- 82 Monasterium non excludit substitui-  
tum, si ex coniecturis constet, de iunctis  
ita voluisse.
- 83 Ratio decidendi ad Authen. de Sacer-  
dotib. Episcop. sed et hoc presenti, re-  
missive.

- 84 Si testator cauerit, ut substitutus  
admiratur, nisi institutus reliquerit  
filios veros, & ex suo corpore natos,  
an monasterium quod ingreditur, insti-  
tutus substitutum excludat.
- 85 Resolutor affirmatiue.
- 86 Monasterium in cap. x successione  
nunquam substitutum excludit.
- 87 Quando monasterium capax succe-  
ssioni non excludit substitutum, a quo  
tempore boni huius quærantur.
- 88 Quid si institutus ingreditur So-  
cietatem Iesu?
- 89 Donatio facta Ecclesie reuocatur  
in totum per filiorum dotuitatem ex d.  
si vnquam.
- 90 Explicatur cap. quicquid 17. q. 4.
- 91 Donatio facta Ecclesie pro exco-  
municanda donatoris conscientia nulla ex  
parte, filij superuenientibus reuoca-  
tur.
- 92 Differentia inter remedium l. si vn-  
quam, & l. c. de inoffic. donat.
- 93 Inofficiosa donatio que fit.
- 94 Fratres reuocant donationem, ut  
inofficiosa, turpi persona factam.
- 95 Et nō quoad legitimam, sed in totū.
- 96 Quod tempus iure Regis inspiciatur  
ad dignoscendum, vtrum sit inofficia-  
sa donatio.
- 97 Quid iure communi.
- 98 Donatio inofficiosa consilio, & re in  
totum reuocatur, re, quoad legitimam  
tantum.
- 99 Donatio quando censetur re, &  
consilio inofficiosa.
- 100 Fraudandi animis presumitur,  
quod habens liberos immensam fa-  
cit donationem.
- 101 Heres donatoris non potest dona-  
tionem in totum reuocare, sed vsque  
ad legitimam.
- 102 Filij, cui aliquid a patre datur

nequit inofficiosa donationem reuo-  
cari.

- 103 Renocata, ut inofficiosa donatio-  
ne, scilicet ex re donata percepti num  
debeat restituere, reuoluit.
- 104 Donatio etiam remuneratoria, ut  
inofficiosa potest reuocari.
- 105 Ius ad reuocandam donatio-  
nem pro legitimis, vel eius supplemen-  
to triginta annis durat, sed ad reuo-  
candam in totum quinquennio extin-  
guitur.
- 106 Que quauis donata locum fa-  
ciat, l. si vnquam, iudicis reuocatur  
arbitrio.
- 107 Et si pretio estimabile nō sit, quod  
donatum est, constitutio d. l. si vnquam,  
locum habet.
- 108 Legitima filiorum que fit.
- 109 Que ascendenti.
- 110 Que fratram, & quando debeat  
tur.
- 111 Que dicatur turpis persona, ut  
ca instituta, fratribus legitima sit pro-  
fanda.

De reuocatione donationis inof-  
ficiosa, vel ex l. si vnquam  
8. C. de reuoc. dona-  
tionib.

**D**E contentis sub hoc capite fu-  
sè disserunt Tiraquel. in l. si  
vnquam, C. de reuocand. do-  
nat. Hermod. in l. 8. tit. 4. p. 5. Pet. Fræ-  
cisc. Tōdud. quæst. ciuil. cap. 54. Aut.  
Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 56. de reuo-  
cand. donat. Berengar. Fernand. in d. l.  
si vnquam, Mercurial. Merlin. de le-  
gitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 21. Cardin.  
Tusch. lit. D. conclus. 684. & 685. &  
712. Pat. Molin. de iust. disput. 282. &

283. Ripa in d. l. si vnquam, Cancell.  
Variar. part. 1. cap. 8. ex num. 120. &  
cap. 24. num. 14. cum alijs, Trenta-  
cim. Variarum lib. 3. tit. de donat. re-  
solut. 4. lul. Clar. lib. 4. recepat. sen-  
tentiar. §. donatio, quæst. 22. cum se-  
quentib.

Sentunt aliqui, donationem factā  
extraneo non liberto ab eo, qui libe-  
ros non habet, si postea illi nascantur,  
reuoctam duntaxat vsque ad le-  
gitimam natis debitam, reliquo pe-  
nes donatarium permanente, qui de-  
cisionem l. si vnquam 8. C. de reuo-  
cand. donat. vbi in totum reuocari  
donatio dicitur, restringunt ad va-  
sum ibi expressum, quando scilicet  
donatum est libertis donatoris, ita  
gloss. in l. si liqueat, C. de inoffic. do-  
nat. Bald. in Authent. ex causa, col.  
3. vers. item non obstat, C. de liber.  
paterit. Angel. in Authent. de im-  
mens. donat. in til. fact. in princip. col.  
2. Caltreasil. Titia Scio, §. Impe-  
rator, ff. de legat. 2. Paul. Pic. in l.  
post contractum, col. 2. ff. de do-  
nat. Natta consil. 125. volum. 1. &  
alij apud Anton. Fabr. coniectur. lib.  
7. cap. 15. Joseph. Rustic. in commen-  
tar. ad l. cum auis, lib. 1. cap. 18. num.  
36. ff. de condit. & demonstrat. Ge-  
raud. Mainar. decis. Tololan. 12. num.  
1. lib. 5.

Contrarium, scilicet quod in to-  
tum eo casu donatio reuocetur, ve-  
ritas, ac communius tenendum est  
cum gloss. verbo quicquid, in d. l. si  
vnquam, l. 8. tit. 4. part. 5. & ibi Gre-  
gor. Lop. gloss. 4. Tiraquel. pluri-  
bus laudatus, verbo, Totum, & num.  
1. Bart. in dict. l. Titia Scio, §. Im-  
perator, numer. 1. Gutier. de iura-  
ment. confirmator. part. 1. capit. 9.



num. 1. Cancer. dict. cap. 8. num. 125. Moho. dict. disput. 232. num. 4. Grat. Falcon. reg. 130. num. 1. Merlin. dict. quæst. 21. num. 31. Mangil. de impu-  
tat. quæst. 99. num. 1. Anton. Gom. va-  
riar. lib. 2. cap. 4. num. 11. Hermosilla  
in dict. l. 8. partiz. gl. 4. num. 1. &  
gl. 11. num. 1. Fontanel. de pact. nup-  
tial. claus. 3. gl. 8. part. 3. num. 19. lul.  
Clar. dict. quæst. 22. num. 3. & quæst.  
23. num. 1. vbi de donatione iurata,  
de qua Molin. num. 7.

Extraneus autem in hoc tractatu  
dicitur omnis, qui ex descendentiis  
non est, Cancer. num. 122. ver. Extraneus,  
Anton. Gabr. commun. lib. 3. tit.  
de bonis. conc. 2. num. 10.

- 3 Ratio est: nam quoties in disposi-  
tione aliquid non exprimitur, de quo  
si disponens fuisset interrogatus, vero-  
similiter dispoñeret, id pro expresse  
habetur, l. Titius 25. 8. Lucius ff. de  
liber. & posthum. l. cum pater 79. §.  
cum existimaret, ff. de legat. 2. l. cum  
avis 101. ff. de condit. & demonstrat.  
gl. 1. communiter recepta, in l. tale pa-  
ctum 4. §. si de pact. Anton. Gom.  
mez in l. 4. Taur. nu. 7. Paul. hoc. rer.  
quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 3. §. 11.  
num. 10. Tiraquel. in dict. l. si inquam  
in princip. n. 17. Menoch. consil. 393. n.  
28. Quare cum ex patris amore ere-  
ditur, ut si pater interrogatus esset, dū  
donabat extraneo, an vellet, donatio-  
nem reuocari, si filij ei nasceretur, res-  
ponderet, quod sic, argumento dict.  
l. cum avis, & l. generaliter 6. C. de in-  
stit. & substit. talis conditio pro expresse  
si habetur, quæ verificatur natiuitate  
filij, sicque ex voluntate donatoris do-  
natio reuocatur, Menoch. consil. 84.  
num. 60. Pat. Molin. vbi proximè, nu.  
2. Gutier. supra num. 2. Anton. Gom.

dict. cap. 4. num. 11. Hermosill. dict.  
gl. 4. num. 2. 3. & alij communiter,  
qui hanc rationem tradunt.

Ex quo etiam locum habebit, dict. 4.  
l. si inquam, cum pater putans, filium,  
quem habebat, mortuū fuisse, dona-  
uit, nam, errore detecto, talis filius tā-  
quam de nouo census donationem re-  
uocabit, Tiraquel. supra, verbo filios  
habens, num. 15. 16. Roz. de contra-  
ctib. c. de donat. tit. quomodo. annul-  
let. donat. nu. 71. Ossuald. ad Donell.  
libr. 14. cap. 32. lit. A. Hermos. supra  
gl. 1. in fine, Tondut. quæst. iur. civil.  
cap. 54. nu. 19. Ripa in d. l. si inquam,  
quæst. 5.

Inde deducitur, quod si donator  
tempore donationis de futuris liberis  
cogitaret, essetque nihilominus do-  
natus, nō erit dicta constitutio ius-  
tus, Pat. Molin. num. 6. Clar. num. 2.  
Tiraquel. in prelat. n. 6. 3. 4. Ossuald.  
dict. cap. 32. lit. B. Gutierrez supra nu.  
3. & alij multi apud Hermosill. gl. 1.  
2. nu. 1. Quapropter si quis filios ha-  
bens, extraneo donet, etsi postea alij  
nascantur, non reuocabitur, ex dict. l.  
donatio, Tusch. dict. conclus. 712. nu.  
3. Clar. num. 3. Tondut. dict. cap. 54.  
num. 20. Tiraquel. dict. verbo filios  
nō habens, à principio, Gregor. Lop.  
in dict. l. 8. gl. 1. Viui. decil. 44. à n. 3.  
Nisi proles nata parēti sit odiosa, tūc  
enim, alijs nascentibus filijs, donatio  
reuocabitur, Castren. in l. 1. C. de in-  
offic. testam. Anton. Fab. in C. d. libr.  
2. tit. 56. definit. 8. num. 6. Gregor.  
Lop. vbi proximè, Hermos. dict. gl. 1.  
num. 4. cum alijs. Idem iuris erit, si  
filij sint illegitimi, vel adoptiui: nam  
legitimi, & naturales supervenientes  
infringent ex prefata constitutione  
donationem, cum magis digni sint  
pa-

paterna dilectione, argumēto d. l. ge-  
neraliter in fine, & dict. l. 8. partiz.  
Ita docent Cynac. tom. 1. contr. ouel.  
9. num. 70. Bernard. Diaz reg. 213. li-  
mitat. 1. vbi Salzedo, Tiraquel. verbo  
susceperit liberos, n. 56. de quo Her-  
mos. gl. 7.

- 9 Præterea non reuocabitur donatio,  
si vitalis partus non sit, nam etsi de hu-  
iusmodi filijs donator cogitasset, non  
ideo à donatione abstineret, Tiraq. d.  
verbo susceperit liberos, à num. 20. 57.  
10 Hermos. gl. 11. num. 10. 11. Et quo  
tempore partus editus naturaliter vi-  
uere non possit, tractant Costa de  
quota, & rat. quæst. 150. nu. 9. 11. Man-  
gil. supra quæst. 97. nu. 26. 27. Torrel-  
blanca in epitom. delictor. in quib.  
apert. vel occult. lib. 2. cap. 3. à nu. 14.  
Robles de Salzed. de repræsentat.  
libr. 1.

11 Eadem ratione non infirmabitur  
donatio filiorum natiuitate, si specia-  
liter beneficio illius constitutionis per  
donatorem renunciatur, cum eo casu  
de futuris filijs cogitatum fuisse, ne-  
queat dubitari, Merlin. dict. quæst. 21.  
num. 22. 23. Ceuall. quæst. 104. lul.  
Clar. dict. quæst. 22. numer. 4. Pat.  
Molin. supra num. 6. Tiraquel. in pre-  
lat. à num. 88. Anton. Gom. dict. cap.  
4. num. 11. in fine, Cuiaci. lib. 20. ob-  
seruat. cap. 5. Baez. de nō melior. dot.  
caus. filiar. cap. 29. num. 11. Hermos.  
gl. 2. à num. 7. Ripa supra quæst. 3. 1.  
Quamvis reuinciationem non tenere,  
non paucis placeat, quos refert Clar.  
ac sequitur Cutell. de donat. contem-  
plat. matrim. tom. 2. tractat. 2. disc. 1.  
special. 3. n. 8. ver. Ego verò.

- 12 Sustinetur etiam, ea lege non ob-  
stante, donatio ob causam facta, qua-  
tenus donatū adzquatur valori cau-

sa: imò nec in excessu vitabitur, si at-  
bitrio iudicis ita modicum sit, ut do-  
naretur, etsi de liberis fuisset cogita-  
tum, Tiraquel. verbo donatione largi-  
tus, nu. 13. cum alijs, Anton. Gabr.  
commun. lib. 3. tit. de donat. conclus.  
2. num. 4. Viui. decil. 404. nu. 21. Mo-  
lin. de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 39.  
Hermos. gl. 3. num. 10. Idem est de  
donatione reciproca, Tiraquel. à nu.  
110. Hermos. n. 15.

Vltimò idem dicendum est de do-  
natione remuneratoria, quoad meri-  
tis correspondet, Menoch. consil. 29. n. 7.  
Tiraq. verb. donatione largitus, n. 79.  
Ioan. Garc. in tract. de donat. remune-  
rator. n. 10. Castill. quotidianar. lib. 3.  
cap. 4. numer. 43. Falc. dict. reg. 150. à  
num. 26. Quod verum est, siue mu-  
nera obligationem producerint, quæ  
in iudicium deduci possit, siue solam  
antidotaalem, licet de hoc vltimo  
variz sint sententiæ, de quibus per Her-  
mosill. gl. 3. à num. 11. vbi plures  
pro vtraque refert: verius tamen vi-  
detur, quod prædiximus, neque enim  
credendum est, quætoquam propter  
liberorum cogitationem à remunera-  
tione beneficiorum abstinuisse ex gra-  
titudine, ac naturali honestate debita,  
in quo iudicis arbitrio locum esse, qui  
æstimabit, an ob talia munera donare  
tur, si de filijs donator cogitaret, resol-  
uit Hermos. num. 14.

Sed vbi dubium sit, an pater dum  
donabat, liberorum meminerit, non  
meminisse, præsumendum erit, nam  
maxima parentum caritas suadet, ut,  
si de propria prole cogitasset, neuti-  
quam donauisset, & factum, cum in  
obscuro est, ex affectione capis inter-  
pretationem, l. capienda 129. §. quod  
factum, ff. de reg. iur. Pro qua resolu-  
tio

tione etiam facit, quod in re obscura fauendum potius est repetitioni, quam aduocatio lucro, non debet, 4. 2. §. in re obscura, eod. tit. quam sententiam sustinet Tiraquel. in d. prefat. num. 66. Ant. Gabr. dict. lib. 3. cap. 2. num. 56. Jul. Clar. dict. §. donatio, quæst. 22. vers. Ex qua; Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 157.

16 Quod autem dictum est, non reuocari donationem natiuitate filiorum, de quibus cogitatum est, intelligi oportet quoad totum, nam legitimam sine distinctione à donatario liberi etiam postea dari poterunt auctore, mortuo patre (& si ex dict. l. si voquam donatio viuo patre, & per ipsos possit retractari, imo iure ipso nascentibus filijs statim irrita fit, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. num. 40 & omnes communiter ita probant ex dict. l. si totas, §. C. de iust. donat. Gutier. dict. cap. 9. num. 5. 6. Greg. Lop. in dict. l. 3. glof. 2. Petr. Barbos. in l. 1. part. 1. num. 170. ff. solut. matrimon. Bacc. supra cap. 9. num. 41. Bapt. Cost. supra quæst. 153. num. 4. Castill. controuers. lib. 2. cap. 13. num. 50. Mangil. dict. quæst. 97. n. 22.

18 Remedium dict. l. si voquam solū competit, vbi filius legitimus, & naturalis superuenit, alij autem ad retractandam donationem non proficiunt, dict. l. 8. partitæ, & ibi Hermos. glof. 7. Cyriac. dict. controuers. 9. num. 70. Bernard. Diaz dict. reg. 213. limitat. 1. vbi Salced. Tiraquel. verbo suscepti liberos, num. 56. Mangil. quæst. 197. num. 7. quod adeo compertum habetur, vt Gregor. Lop. in dict. l. 8. glof. 7. dubitauerit, an legitimus per subsequens matrimonium ad reuocationem donationis sufficiat? In quo

distinguendum est, aut hic filius natus, & legitimus fuit post donationem, & erit locus prefatæ constitutioni, vt in totum euacuetur donatio, aut erat natus tempore, quo donabatur, ac postea legitimus effectus est, & solum donatio reuocabitur vsque ad legitimam. Ratio est, quia pater donans de hoc cum iam esset natus, cogitauit tanquam de filio; de illo nullatenus, qui nondum in rebus humanis erat, atque ita distinguunt D. Couar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 36. Tiraquel. num. 60. Duenas reg. 150. ampliat 3. Gracian. Falcon reg. 150. num. 10. vers. Hanc tamen, Hermos. dict. glof. 7. num. 14. Gutier. in §. suis, num. 180. in tit. de hæred. quæst. & dist. Ripa in dict. l. si voquam, q. 30. num. 82. Quod iunitur post alios, Tiraquel. num. 74. & Menochi. de præsumpt. lib. 4. præf. 84. num. 79. quædo in articulo mortui filius in fraudem donatarij per matrimonium legitimitur, & quomodo de fraude constare debeat, docet Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. ex num. 27.

Sed contrarium præmissæ distinctioni; videlicet filios post donationem legitimatos per subsequens matrimonium, etiam ante ipsam natos, irritam reddere paternam liberalitatem in toto, commune est, vt videre licet apud Hermosill. supra Tondur. dict. cap. 54. num. 23. 24. vbi hanc sententiam veriorē, ac receptiorem adducit aliquibus affirmat, & proculdubio tenendum est ita, si filius illegitimus natus tempore donationis erat incapax successuonis paternæ, præsumitur enim, ideo pater extraneo donasse, quia propterea soboli dare non licebat, cum quo ad hoc idem sit filios non habere, ac

20

NOMA  
ALDE

21

bona ad illos pertinere non posse, alius prius distinctio magis placet.

22 Legitimati vero per rescriptum Principis donationi non nocent ex dict. l. si vnquam, iuxta commune Interpretet placitum, Tondur. num. 27. Ioan. Lup. in tract. de illegitim. comment. 4. §. 2. in 39. 40. 41. Greg. Lop. in dict. glof. 7. Barr. in l. 1. num. 17. C. de iust. donat. Alciat. in rubric. de liber. & posthum. num. 43. Spino in specul. testament. glof. 16. princip. num. 141. cum seqq. Bernard. Diaz d. reg. 213. limit. 2. vbi Salcedo, Gracian. Falcon. reg. 150. num. 10. in princip. Cachera. decil. 121. num. 2. cum alijs, & decis. 22. num. 16. Mangil. quæst. 110. a. num. 4. Ceual. commun. opinion. quæst. 720. vbi contrariam etiam communem refert.

23 Filius naturalis reuocat donationem a matre factam, iuxta dict. l. si voquam, sic docet communiter DD. teste Hermosilla in dict. glof. 7. num. 7. Oppositum tamen sustinet Pat. Molin. de iust. & iur. disp. 282. vers. Dubium præterea est, quod iuri consonum videtur, maximè attenda dict. l. 8. partitæ, cuius generalitas etiam firmas comprehendit, argumento l. 1. ff. de verbor. significat. Neque expedit, vt ex turpitudine commodum consequantur, quod iura abhorrent, lab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrimon. cap. contingit, 9. de dol. & contum. nam parentum fauorem respicit illa constitutio, vt ibi notant DD.

24 Et, qui renouauit se legitime iuxta formam cap. quauis pactum, 2. de pact. in 6. natiuitas filij ad reuocandam renouationem non suffragatur, est communis resolutio, pro qua Gutier. in dict. cap. quauis, num.

28. D. Couar. ibidem, part. 3. §. 3. n. 12. Ant. Gom. dict. cap. 4. num. 24. Tiraquel. verbo, Donatione largitus, n. 180. cum alijs Hermos. glof. 3. num. 16. licet e contra dicat Molina de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 41. vers. Sed quauis, cum numeris seqq. vbi de renouatione ad maioratus institutionem tractat, cuius sententia vera est omnino, si hæreditati iam delata renouetur, nam per superuenientiam liberorum reuocabitur renouatio, vt ipse docet, num. 40. Tiraquel. num. 174. Ripa ibidem, quæst. 11. num. 20. 21. & alij communiter. Sed si maioratus renouetur per primogenitum, prole suscepta, corrumpitur renouatio, Tiraquel. num. 171. Boeri. decil. 139. Burg. de Paz in prox. legum Taur. num. 96. Aluarad de copiectur. ment. testator. lib. 2. cap. 3. §. 1. n. 27. Mieres de maiorat. part. 1. quæst. 21. num. 81. 82. Hermos. dict. glof. 3. n. 25.

Dominium rerum donatarum, que fuerunt donatario acquisitæ per donationem, ea reuocata, per filij natiuitatem redit ipso iure ad donatorem, cui rei vindicatio datur, glof. fin. in dict. l. si vnquam Tiraquel. verbo in eiusdem donatoris arbitrio, num. 11. Mangil. quæst. 97. num. 1. Baeza supra cap. 34. num. 4. vers. Si donans, Hermos. glof. 10. num. 2. Baiard. in addit. ad Clar. in dict. §. donatio, lit. A. Ruin. cons. 173. col. penult. donatarius que in foro conscientiarum non expectata iudicis sententia, ad restitutionem tenetur, Pat. Molin. sup. num. 3.

27 Vtrum legata, donationes que causa mortis natiuitate filij retrocedunt, solet disputari, de quo Hermos. dict. glof. 3. a. num. 18.

28 Est quæstio non omittenda, an si do-

do-

donator post filios susceptos superuiuat, possitque propriam declarare circa donationem voluntatem, nec fecerit, atque ita decedat, ea taciturnitate donatio conualeseat. Et affirmatiuam partem tuetur, Salicet. in dict. l. si totas, num. 3. C. de inoffic. donat. Tōdat, dict. cap. 54. a num. 9. Seraphin, decis. 126. num. 4. Tiraquel, dict. verb. Susceperit lberos, nu. 211. lul. Clar. §. donatio, quzst. 23. num. 10. Menochi. ex multis cons. 994. num. 28. Pascali. de virib. patr. potest. lib. 2. cap. 8. num. 113. Thesaur. decis. 121. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 40. Ant. Gom. dict. cap. 4. num. 12. In cōtraiam itum est sententiam per Gregor. Lop. in dict. l. 8. glos. 9. & alios, quos refert Hermos. glos. 9. num. 9. 10. Pro quorum conciliatione dicendum est, primam sententiam procedere, cum donata penes donatium sunt, nam ex quo ea pater donator non auocat, quasi ex nouo consensu donatio reuiuifcit. Secundam, si ea, qui donauit, habeat apud se, quia ex eo quod nunquam tradidit, oritur p̄sumptio, quod uoluit legis beneficio reuocantis donationem gaudere, quam distinctionem probant Ripa in dict. l. si nuquam, num. 106. Valasc. consult. 31. num. 6. vers. Aliet etiam, Mangil. dict. quzst. 97. num. 18. Hermos. supra num. 5. 9. Tondut. num. 13. 14. Rota decis. 591. num. 5. part. 3. in recent. Ferrer. ad Guid. Pap. decis. 214. Pat. Molin. dict. disp. 282. num. 8. Et ubi casus occurrerit, maximè attendendum est, an filij donatoris, quorum causa reuocatio contingit, sint, qui litigant? nam facilius posterior opinio erit admittenda, cum uerosimile non sit, defunctum confirmasse actum irri-

